

Satius est, paucis se auctoribus  
tradere, quam errare per multos.  
Senec.

**Nonn. Dionys. XXXVIII. v. 116 sqq.** καὶ φλόγα δίφρων καὶ σέλας ἀκτίων ἐβήσατο πυρρός Ἐρώτων, ὅπποτε φοινίσσοντος ὑπὲρ σέλας Ὠκεανοῖο, ἔμπυρον ἠψόισιν ἔον δέμας ὕδασι λούων παρθένου ἀρχικέλευθρον ἐξέδραζεν, ὅπποτε γυμνὴ νήχето, πατρώοισιν ἐπισκαίρουσα φεέθροις, λουομένη δ' ἤστραπτεν. i. e. atque fulgorem currus splendoremque radiorum superarunt ignes Amoris, ubi (Sol) rubescentis super marmor Oceani, dum ardens ipse Eois aquis abluit corpus, virginem ex propinquo aspexit, cum nuda illa nataret, patriis in fluctibus subsultans, ac se lavans reniteret.

φλόγα δίφρων. Currum Solis egregie descripsit Ovid. Metam. II. 106 sqq. Nonnus brevis hoc loco est et parvus verborum. Nam praeterquam quod flammeum seu fulgentem currum dicit, nihil de eius ornatu addidit. Est autem φλόξ omnino flamma vel ignis, ut M. E. Ioh. Σ. 86. μαραινετα φειδομένη φλόξ. XL. 49. ἠερόφοιτος ἵπταμένη φλόξ. i. e. flamma, quae sublime tollitur. XXXVI. 296. Σιελλήσσα κορύσσετο μαινομένη φλόξ (conf. Hom. II. XV. 60 sqq.). XXXIX. 405. Δηριάδης ἰδὼν φλόγα σὺνδρομιον αἴθρας. i. e. quae celerrime per classem latius serpit. XXVIII. 189. Ἐσπερίη φλόξ i. e. ignis Aetneus. XX. 237. Ἀργάβη φλόξ. i. e. ignis, quo Lycurgus combusturus erat munera Bacchi. VI. 360. φλόγα πόντου ὄμβρος Διὸς ἐκάσθηεν (conf. Hom. II. XXI. 356). Iupiter enim incendium toti terrarum orbi illatum diluvie rursus extinxit.

Deinde φλόξ est siderum fulgor, velut XXXI. 146. φλόγας ἀστρων. II. 320. αὐτὸς ἐμοὶ φαέξων ἰδίης φλογὸς ἀψάμενος πῦρ. XXV. 412. draco signum coeleste πέμπει φλόγα πολυλόδοιτα (de epitheto conf. XXV. 463). Tum φλόξ fulminis est, cuius origo et natura describitur II. 487. τριβομένην νεφελῶν Σλιβομένη πεφόρητο δυσέκβατος ἐνδόμυχος φλόξ: de quo loco operae pretium est legere, quae annotavit Cunaeus (pag. 32 sqq.), nimiam poetae diligentiam deridens. (conf. Lucret. VI. 269 sqq.) XXXV. 281. φλόξ νυμφιδίη λέκτρα διασκεδάσσα θυώνης, fulmen nimirum dicit, quo Semele percussa periit. De eadem re XLIII. 175. γαμίη, νυμφιδίη φλόξ. XLIV. 180. οὐρανίη. XLVI. 33. αἰθερίη φλόξ. — Deinde φλόξ taedae aut facis est, velut XLV. 349. ὄφρα κατασβέσωσιν ἀναπτομένην φλόγα πυρσοῦ. XLVII. 28. νυκτιχόρευτον φλόγα ἔσχεθε (Baccha) δίξυγι πεύκη. vid. Euripid. Bacch. 250. XLVIII. 58. δι' ὑψιπόρου κελεύθου Βακχιάς αὐτοέλικτος ἐπέτροχεν ἄλλομένη φλόξ γυισβόρω (quod recte pro γυισβόρω repositum est. conf. Wernick. ad Tryph. v. 615: locis ab eo prolatis adde III. 273, IX. 264, M. E. Ioh. Γ. 74.) σπανῆρη καταίσσουσα Γιγάντων. igne enim Bacchum poeta dicit cum Gigantibus pugnas. At conf. Apollod. I. 6. 2. et Horat. Carm. II. 21.

Deinde XXX. 236 φλόξ fulgor dicitur igneus, ex galea Deriadis relucens. conf. Hom. II. V. 4, XVIII. 225. Denique φλόξ aestus meridianus dicitur. XVI. 109. εἰ δὲ χειρὶ γενέος τρομέεις φλόγα δειψάδος ὄρης (Hor. C. III. 29. 21) XXXII. autem 19. φλόξ κυπριδίη est lychnidis. Videsis Orph. Lith. v. 271.

δίφρων. de homerico huius vocis usu nihil attinet dicere. Apud Nonnum quoque aut currum significat aut sellam: secutus autem Callimachum (hymn. in Dian. 135) non abstinuit ille forma δίφρα velut XI. 121, XX. 298. δίφρα λεόντων. XXVII. 238. δίφρα ἐλεφάντων (conf. XX. 71). XVII. 273. στῆσον ἐμοὶ σέο δίφρα. XXVIII. 9. πολυδαίδαλα δίφρα νομιεύων εἰς ὑσμίνην. XXXVII. 155. δίφρα περιτροχόωντες. Ceterum et singularis et pluralis huius vocabuli numerus promiscue ponitur. Epitheta, quibus Nonnus hanc vocem ornavit, sunt haecce: ὠκύς. XLIV. 318, ἀνεμώκης, quod refert similitudinem adiectivi ποδώκης: est tamen ἄπας λεγόμενον apud Nonnum, ἀνεμώδης contra frequens quidem, sed nusquam, quod ego sciam, curru adiectum. πολυδαίδαλος loco supra allato. περιμήκης XXIII. 190. ἠλίβατος XXVIII. 218. βλοσυρός XLII. 19. i. e. horribilis. οὐράνιος XXXIII. 186. οὐρανίων δίφρων ἠριοχεύς est Sol. conf. XXXVIII. 24. ὑψόσει δίφρων ὑψιφαῖς ἀνέτελλε πάλιν... Ἰπερίων. Idem currus eod. libro v. 197. δίφρος Ὀλύμπου. v. 85. πυροφεγγής, v. 192 et I. 473. ἐμπυρος dicitur. XXVII. 6. δροσερός Aurorae δίφρος. XVIII. 322. Bacchus χρυσέων ἐπὶ δίφρων βότρυον ἀεστάζων. conf. X. 261. ἔτρεμε..., μὴ μετὰ Τανταλίδην χρυσέων ἐπιβήτορα δίφρων ..... Ἄμιτελον ἀρπάξειεν Ἐνοσίχθων. Quo loco Moser Oenomai currum, Tantaliden autem Ganymeden dicit esse. At conf. Pindar. Olymp. I. 40. τότ' ἀγλαογρίαιναν ἀρπάσαι δαμνέντα φρένας ἱμέρω χρυσέαισιν ἀν' ἵπποις. scilicet Neptuni currum dicit Pindarus, et Tantalum filium, Pelopem. XLVIII. 304. Diana corpus lotura ἐντυς δίφρον (de quo curru vide Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 106). conf. XI. 344. Ἄρτεμις ἐξελαύνει ἐλάφων κεραελέα δίφρον. II. 421. Ζεὺς ἐζόμενος πτερόεντι Κρόνου τετράζυγι δίφρω. XXXVII. 292. καὶ δίφρον (Erechthei sc.) ὀπισθοπόρου τάχα φάιης Τελχίνος (Scelmis) ἰδεῖν ἐπιβήτορα δίφρων (conf. Hom II. XXIII. 379). Atque addita voce ἀντυς XV. 145. πορδαλίω ὑπὲρ ἀντυγα δίφρων. XLVIII. I. ἐποχημένος πορδαλίω ἀντυγι δίφρου. M. E. Ioh. A. 92. Elias dicitur ἐλατήρ δίφρου ἀρπαγος πυρός. XVII. 20. Bacchus ἀνδοκόμῳ μιάστιγι μετήλυδα (de quo epitheto vid. Wernick. ad Tryph. p. 162) δίφρον ἱμάσσω. i. e. feras huic curru iunctas. XLVIII. 951. λαβών τενα ὑψός. δίφρου. Haec sunt fere epitheta ac verba, quae apud Nonnum cum vocabulo δίφρος iuncta reperiuntur. Restat, ut duos locos proferam, quorum altero δίφρος sellam sonat, VIII. 193. Θελένιόη δὲ τάπητας ἐνήμοσεν ἠνοπι δίφρω, ἔνθα δεὰ σχεδὸν ἦστο. conf. Hom. Odyss. XIX. 110. κῶας ἐπὶ δίφρω ἐβάλλεν; altero XL. 449. navis ἄλος δίφρος appellatur. conf. XLV. 192: M. E. Ioh. Z. 64. Hom. Odyss. IV. 708. οὐδέ τί μιν χρῶ νηῶν ὠκυπόρων ἐπιβαινέμεν, αἷδ' ἄλος ἵπποι ἀνδράσι γέγονται. Catull. 63. 9: ipsa levi fecit volitantem flamine currum, Pineae coniungens inflexae texta carinae. οἷη καὶ σέλας ἀκτίων ἐβίβαστο πυρός Ἐρώτων. conf. XXXIII. 187. καὶ σέλας Ἡελίοιο σέλας νίκησεν Ἐρώτων. Aristoph. Av. 1710. ἠλίου τηλαυγῆς ἀκτίων σέλας. XLI. 93. ἠλίου νεοφεγγῆς σέλας αἰγλή. Qui locus copiam mihi facit expellendi vitii, quod nescio quo pacto invasit in ea, quae Meletem. Nonn. part. I. p. 27 l. 2 ad l.



XX. 334 annotavi. Non αὐγὴν equidem, sed αἴγλην conieci. hoc igitur pro illo reponendum est. Σέλας est lunae quoque, velut XXXVIII. 378, καὶ σέλας ἡμιτέλειστον ἀποπτύουσα προσώπου ..... ἀνδρὸς Μήνη (luna sc. dimidiata), οὐ γὰρ ὑποκλέπτουσα νόσον σέλας (quippe quae aliena luce luceat) ἀρσενί πυροσφῶ ἀντιπόρου Φαέδοντος ἀμέργετο σύγγουον αἴγλην. vid. Wernick. ad Tryph. v. 32. XXXI. 150., quo loco Iris postquam Noctis personam induit, de Bacchi nocturnis facibus conquerens ἄζομαι, inquit, Ἡριγένειαν ἐπεγγελώσασαν Ὀμίχλην, ὅτι νόσον μεδέσπον νύχιον σέλας. ἀλλοτρίῳ γὰρ ποιητῷ Φαέδοντι φαίνομαι ἡμιστή Νύξ. Schiller si loco quodam notissimo dicit, tausend brennende Lampen spotten die Morgensonne hinweg, audaculus quidem est, sed nihil ad haec Nonniana. M. E. Ioh. E. 68. ἤθελε λύειν ἐννομιον ἀπρήκτοιο σέλας πεφυλαγμένον ἠοῦς. Sabbata dicit poeta: vis autem verbi λύειν non tam ad σέλας, quam ad ἐννομιον referenda est. XI. 459. quo loco Hiemis imago depingitur: νιφόντι κατάσκιον ἀμφὶ προσώπῳ λεπταλέον πέμπουσα κελαινεφέος σέλας αἴγλης cet. Num κατάσκιος pro κατάσκιον legendum sit, incertus sum: sed mallet sic scriptum in libris esse. Hiems, inquit, circa os nivolum obumbrata tenue nigricantis fulgoris iubar mittens, frigidus pedes grandinosae calceis aptavit udoque in capite capillos constringens imbriferam frontem vitta velavit pallentemque vertice gestavit coronam: pectora autem pruinosa cingulo nivis candidae circumdedit. Haec cum Ovidio (Met. II. 27, XV. 210.) comparata ostendunt, quantum a molesta copia elegans brevis distet.

Deinde σέλας de fulmine sive fulgure dicitur. (conf. Hom. II. VIII. 76.) II. 512. sqq. διαβλήτου δὲ βελέμινου ἐν σέλας ἐφλέγε χεῖρας cet. Inde XXVIII. 187. Cyclops, nomine Στερόπης, κεκόρυστο σέλας μιμητὸν ἐλίσσων. Tum σέλας ignem significat. XL. 475. σέλας περιβάσκειται ἔρνος ἀφλεγέος ἐλαίης. XXXVI. 86. ὄφρα (Φοῖβος) σέλας κορύσση (ignem) eod. libr. 131. Ἡφαιστοῦ σέλας πεφύλαξο. XLIV. 152. γινώσεται, inquit Pentheus, οἶον χροῖον ἐχω σέλας. XLVIII. 60. καὶ τις δράκων ἀπειλητῆρι φέρον σέλας ἀνδραγῶν ἡμιδαίς σὺριζε δράκων, non est splendor, ut Lubinus explicat, sed ignis. Dein (conf. I. 236) faces ardentes, ut loco supra allato XXXI. 145: χροῖοιο Λυαίου κώμιον ἐμόν (Noctis sc.) νύχης νόσον σέλας. taedae sunt, quas manibus vibrantes orgia Bacchi noctu celebrabant. De splendore autem ex galea relucente XXX. 239: καὶ σέλας ἠερόφοιτον ἀναπτομένην τρυφαλείης. (conf. Hom. II. XVIII. 214, Odys. XVIII. 354 sqq.) atque omnino de omni nitore dictum est σέλας. XI. 24. Πακτωλῷ πόρε καὶ σὺ τὸν σέλας. XVI. 17. στήλβοντα δοκεύων ἀνχένα γυμνωθέντα, σέλας πέμποντα σελήνης. i. e. candidam cervicem LXVIII. 319. σέλας Ἰοχέαιρα διανυγάζουσα προσώπου. XXXIV. 77. Χαλκομήδη σέλας πέμπουσα ποσοβλήτῳ προσώπου. conf. XLII. 426. At etiam Medusae ἀθητῶν προσώπῳ σέλας ἐχθρόν tribuitur: est istud σέλας Euripidis ἀγριωπὸν Γοργόνος ὄμμα. Obscurius dictum est XXVII. 319. ἠρεμέεις Ἡφαιστε καὶ οὐκ ἀλέγεις Μαράσῳνος, ἤχι θεῶν ἀγάμου γάμου σέλας. conf. supra v. 113 sqq. XIII. 171 sqq. Euripid. Ion. 279 sqq. Heyn. ad Apollod. III. 14. 6. Restat locus, qui Graefio suspicionem movit, XXXVIII. 118. ὑπὲρ σέλας Ὀκεανοῦ. Fortasse, inquit Graefius, de splendente Oceano argute dixit: suspectum tamen σέλας an κλέσας, ut fere ὄφρα Ὀκ. dixit v. 316. vel ὑπὲρ τέλος Ὀκ., ut alibi τελήεις ὄρος est?

Scaliger et ipse haerens tentabat κέρας. Haec Graefius. Equidem cum ἄλλα μαρμα-  
 ρήν Homerus dixerit II. XIV. 273., Lucretius autem II. 766: ut mare vortitur in  
 canos candenti marmore Fluctus, adduci non possum, ut quidquam mutandum  
 putem. Intelligo mare a Solis repercussu resplendens. Virg. Aen. VII. 25: iamque  
 rubescebat radiis mare. Quod eadem vox in versu 117 posita est, ne id quidem  
 tanti facio, ut hoc versu eam expulsam velim.

ἀκτίνων. Solis radios Homero ἀκτίνας dici constat, postmodum eadem vox etiam  
 de scintillis atque fulgore usurpari coepta est. Apud Homerum duae sunt dativi for-  
 mae ἀκτῖοι et ἀκτίνεοσι: earum altera ἀκτῖων est Nonno frequentata. De usu autem  
 vocabuli haec fere annotanda sunt.

Primum non modo de solis radiis, sed etiam de lunae aliorumque siderum lumine  
 dicitur; velut XXXVIII. 283. Sol tempore aestivo Σερμοτέραις ἀκτῖσι πυρόδρα γαῖαν  
 ἱμάσσων. XL. 377. ὀροσέσσα Σελήνη σῆς (Solis sc.) λοχίης ἀκτίνος ἀμέλγεται ἀν-  
 τίτουπον πῦρ. i. e. roscida luna tui luminis partus aperientis oppositum ignem ad se tra-  
 hit. XI. 23. Ὀκεανῷ Φαέδων ῥοδέας ἀκτίνας ἰάλλει. XLVI. 348. εἰ δὲ τελαῖς (Φαέδοντα  
 compellat) ἀκτῖσι καὶ ἀνέρας οἴσθα δαμάσσαι. XLI. 257. ἄστρα καλύπτει ἀννεφέ-  
 λους (V. Scr. ἀνεφέλους: sed vide Spitzn. de vers. heroic. p. 73) ἀκτίνας οἴστέυ-  
 σασα Σελήνη πλησιφαῖς. Conf. XLVIII. 322. Adde XXXI. 148. Bacchus nocturnis  
 facibus καλύπτει καὶ μεγάλῃν περ εὐδύσαν ..... ἀκτῖνα Σελήνης. XXXVIII. 139. ἀντὶ δὲ  
 πεύκης νυμφιδίῃν ἀκτῖνα γαμοστόλον εἶχε Σελήνη (in nuptiis Oceani et Clymenes  
 taedae nuptialis vicem Luna explevit). XIII. 238. Ἀστέρῳ σελάργεν ὀμάνυμιος Ἄρεος  
 ἀστὴρ Σερμοτέραις ἀκτῖσι χέων μαντήϊον (victoriae praenunciam) αἴγλην. M. Ioh. Ev.  
 Φ. 19. ἀκτῖσι ῥοδέης ἥως ζόφον ἐσχισεν. Verum etiam fulminibus, trabibus igneis aliis-  
 que id genus ignibus ἀκτῖνες tribuuntur. Velut VIII. 394. λόχια ἀκτῖνες fulminis,  
 quo Semele partu liberata simulque extincta est. XXXVIII. 39. δοκίδων ἀκτῖνα.  
 XLV. 341. κεκοιμένα δ' ἀκτῖων αὐγαὶ ..... Πενθέος ἀμφὶ τένοντα μετήλυδες ἔτροχον  
 αὐγαὶ et 355 καὶ διεραῖς λιβάδεσσιν ἀέξετο βαλλόμενον πῦρ Σερμοτέραις ἀκτῖσι (conf.  
 Eurip. Bacch. v. 586 sqq.). Tum transfertur vocabulum ad ignem vigoremque oculorum  
 et omnino ad vultus nitorem. (vid. Jacobs. Anth. Palat. Tom. III. p. 752 No. 92.)  
 XXXV. 172. Venus βλεφάρων ἀκτῖνες ἐμοὶ γεγάσιν οἴστοι. XXX. 215. ῥοδέην ἀκτῖνα  
 προσώπου, Codones scil., Bacchae cuiusdam. XXXIV. 322. ὑμέτερου (i. e. σοῦ) γὰρ  
 ὡς δόρυ Δουδρον ἔχεις ἀκτῖνα προσώπου (formam dicit Chalcomedae). XXXIII. 30.  
 εἰαρινῆν δ' ἀκτῖνα ..... ἐσβεσε σείο προσώπου. VIII. 340. οὐπω ἐγὼ Κρονίωτος ... εἶδον  
 ὀπωπῆν, οὐ βλεφάρων ἀκτῖνα σελασφόρον. XII. 227. σῶν (Ampeli) μελέων (membro-  
 rum seu corporis) ἀκτῖνα τεῆ κήρυξτε τελευτή. XVI. 115. μὴ σέλας Ἡελίου μελέων  
 ἀκτῖνα μαγαίνῃ. Denique de splendore vestis sive colore purpureo. XX. 102. εὐν  
 δ' ἐνδυνε χιτῶνα Σιδονίης ἀκτῖνας ἀκοντίζοντα θαλάσσης. Audacius translata vox est  
 ad veritatis lumen omnem erroris caliginem animo humano depellens. M. E. Ioh. A.  
 26. Λόγος πνευματικαῖς ἀκτῖσι καταυγάζων φύσιν ἐρχομένων ἐπὶ γαῖαν, et P. 57. σοῖς  
 ζαθέοις ἐπέεσσιν ἐμοὺς ἀγίαζε μαθητὰς πάντας ἀληθείης νοεραῖς ἀκτῖσι καθαιρών.

ἐβεῖησατο. Utraque forma βιάομαι et βιάζομαι apud Nonnum reperitur et alterius  
 quidem formae neque perfectum activ. βεβίηκα nec. aor. pass. βεβῆεις usquam legitur,



sed futurum tantummodo βιήσομαι et aor. med. ἐβησάμην extant vi activa atque perfectum βεβημένος idque vi passiva: alterius autem formae praesens indicativi et participium praesentis, illud modo vi passiva, modo activa, hoc omnibus locis vi passiva positum est.

Atque βιάζομαι his fere locis reperitur. VII. 289. ζηλήμων Φαίδων με βιάζεται. VIII. 13. γυνή χθονίη με (Iononem sc.) βιάζεται. XIX. 301. οὐ σε Μάων, Σειληνέ, βιάζεται. XXI. 14. πόνητος ἐμὸν βουπλήγη βιάζεται. XXXI. 216. τίς σε πάλιν Εὐρώπη βιάζεται. cod. libr. 137. Φαίδων (Sol) Νύκτα βιάζεται. XLVIII. 398. τίς σε βιάζεται. His igitur locis vim activam habet, passivam autem hisce: VI. 357. Σάλασσα βιάζεται. XVI. 331. μούνος ἐγώ, Κυδέρεια, βιάζομαι. XXXIII. 110. ἐπεὶ Κυδέρεια βιάζεται conf. eod. libr. 119. XXXVII. 199. δρόμος ἔππων μάλιστα βιάζεται (i. e. cohibetur) itemque aliis locis. Participium βιαζόμενος non usurpatum est nisi vi passiva, ut XVIII. 303. πικρὰ βιαζομένην ὑπὸ νεύμασιν Ἰνδῶν παρδένον (i. e. violatam). XX. 180. βιαζόμενοι πολῖται (i. e. coacti sive inviti). XXX. 50. βιαζομένη πρόμος ἤλυθεν i. e. τειρομένη. XXXI. 263. βιαζόμενοι τοκῆς i. e. iniuria affecti. XLVII. 342. Ἴριδι δειλέατε βιαζομένην Ἀριάδην conf. XLVIII. 558. φθονεῖς ἐς ἔρωτα βιαζομένης Ἀριάδης ἠΐονες Νάξιο βοήσατε. De locis, quibus βιάομαι legitur, satis erit hosce protulisse: II. 130. εἰ δὲ γάμοις ἀδίκους με βιήσεται. XXXIII. 39. ἀναινομένην οὐ βιήσομαι. XXXV. 17. οὐ δὲ τις ἱμερόεσσαν ἐλὼν ἐβιήσατο νύμφην (vim ei intulit). XLVIII. 675. ὑπναλέην ἐβιήσατο (i. e. dormientem compressit). XXVIII. 119. ἐβιήσατο νήματα Μοιράων δουρατι κούφῳ. Rem poeta putide auget. Corymbasus, Indorum dux quidam fortissimus, cum esset plurimis confossus telis, tamen ne tum quidem arma atque animi ferocitatem deposuit. Is igitur vel fati vim insuperabilem eludere videbatur. Flor. I. 18, 17: Omnium vulnera in pectore, quidam hostibus suis immortalui: omnium in manibus enses et relictæ in vultibus minae et in ipsa morte ira vivebat. add. Horat. Carm. II. 7, 11 sqq. VI. 366. φόβος δὲ βιήσατο φωνήν (vide Herm. Orph. p. 696) i. e. metus vocem compressit. XLI. 409. νηλεῖς ἐμὰ τέκνα βιήσατο μούνα Κρονίων. Denique βεβημένος legitur XXXVII. 327. σύνδρομον αὐτῶν ἐρύων βεβημένος ἄρμα χαλινῶ. i. e. vi retinuit sive cohibuit currum, equos ei iunctos frenis retrahendo. M. Ev. Ioh. Δ. 115. μύθον ἐρευρομένη βεβημένον, edens vocem inter singultus quasi eluctantem, XXX. 64. ἀλλὰ διὰ στομάτων βεβημένον ἄσθμα τιταίνων ..... Εὐρυμέδων γενέτην ἐκαλέσσατο φωνῆ. i. e. anhelitu vi ducto seu intenta voce Eurymedon clamavit, ut pater ei auxilio veniret. M. Ev. Ioh. Z. 73. ὕδωρ ἀντιπόροις ἀνέμοις βεβημένον. i. e. aqua, quae adversis ventis impellitur. XXXIV. 233. φρεῖατος ἐν γυάλοισιν, ὅση βυδίων ἀπὸ κόλπων χειρῶν ἀμοιβαίαις βεβημένον ἔλκεται ὕδωρ. M. Ev. Ioh. Δ. 74. μηκέτι δεῦρο περήσω, ἐκ βυδίων λαγόνων ἀρύειν βεβημένον ὕδωρ. i. e. aquam multo labore exantlatam. Ex his igitur locis intelligitur, βιάσθαι vel βιάζεσθαι omnino esse cogere sive vi aliqua afficere, inde vim seu stuprum inferre, qua significatione haec vox usurpari coepta est a recentioribus. Iam vero perfectum βεβημένος sonat coactus, invitus, laborans aliqua difficultate vel impeditus. conf. Dorvill. ad Chariton. I. 11. p. 265; Jacobs. ad Antiphil. Byz. Epigr. XLIV. v. 3.

πυρός Ἐρώτων. conf. XXXIII. 247. ἀδράνεις γὰρ δαδὸν Ἐπιγαλίοιο κατέσβεσε πυρ-

σός Ἐρωτῶν. XLVIII. 477. ἀλλά μιν ἐφλεγε Ἔρωσ Δελξίφρονι πυροσῶ. eod. libr. 474.  
 καὶ θεός ..... ἱμιάσαστο γείτονι πυροσῶ. Conf. Jacobs. ad Strat. Epigr. XXIV. 1. tom. X.  
 p. 72; Wuestem. ad Theocr. Idyll. 23. 1. Inde XI. 356, XLII. 211. σπανδῆρες Ἐρωτῶν  
 igniculi Amoris et ipse Ἔρωσ θεός πυροσῶς XXIV. 312, XLVIII. 264. Nec aliter latini  
 poetae ignes pro amore dixerunt, sed idem vocabulum etiam ad irarum aestus trans-  
 fertur, velut XXIII. 57. φθονεροῦ δὲ χόλου βακχεύετο πυροσῶ, ubi Graefius mavult pro  
 φθονεροῦ scribi φλογεροῦ. Ego nihil mutandum puto: non quod comparatum velim locum,  
 qui est VIII. 285: φθονεροῦ δὲ χόλω κυμαίνεται δαίμων: quippe enim utriusque loci ratio  
 differt, sed quia haec ira sane ab odio et invidia profecta erat. Constat autem πυροσῶν  
 proprie sonare facem et omnino flammam seu ignem conf. Dorvill. ad Charit. VIII. 8.  
 p. 672. et apud Homerum quidem nihil nisi facem ardentem significat, qua aliis noctu  
 signum datur. (conf. Tryph. v. 522.) Apud Nonnum non modo de face, velut XLVIII.  
 68: in pugna a Baccho cum Gigantibus commissa ἐν Ἐγκελάδου καρήνῃ ἡέρα θερμαί-  
 νων ἐλελίξετο πυροσῶς ἀλήτης, (conf. XXXVI. 322. ubi Bacchus in ignem sese transfor-  
 mat), sed etiam de fulminis flamma dicitur, velut VIII. 304. παστὸν ἐμὸν κόσμησον ἐπου-  
 ρανίῳ σέο πυροσῶ, αἰθύσωνν νεφέων σέλας. XXIII. 239. Ἡελίου θρασὺν νῆα ..... πατήρ  
 ἐμὸς ἐφλεγε πυροσῶ. XXXI. 221. Ζεὺς Σεμέλην μνηστεύσατο λοχίῳ πυροσῶ. VIII. 413. (Σε-  
 μέλη) καὶ κατσαρῶ λούσασα νέον δέμας αἰῶσι πυροσῶ καὶ βίον ἀφῆτιον ἔσχεν Ὀλύμπιον,  
 ἀντί δὲ Κάδμου ..... εὖρεν. Cunaeus offensus repetito καὶ post participium λούσασα  
 pro αἰῶσι legi maluit αἰῶσι. Graefius, sed dubitanter, coniecit ἐν κατσαρῶ λούσασαν  
 εὖν δέμας, ut haec verba cum verbo ἀνήγαγεν iungerentur. Hermanno post versum  
 413 aliquid excidisse visum est. Equidem nihil mutandum puto nec quidquam desidero.  
 prius καὶ est atque, alterum autem etiam (sofort auch), nisi si quis opinetur,  
 καὶ βίον ..... ἔσχεν referri ad δὲ, quod sequitur, ita ut haec inter se hoc modo co-  
 haereant, καὶ βίον (μὲν) ἀφῆτιον ἔσχεν καὶ ..... εὖρε δὲ ἀντί Κάδμου cet. XLVII.  
 623. Λυαῖόν ποτε πυροσῶ ἀστεροπῆς γαμίης μαιώσατο μελιχίη φλόξ. XXXI. 45. Ζεὺς  
 τόκον Σεμέλης φλογερῶν ἐθύύσατο πυροσῶν. I. 306. κεραυνοὶ ἄρσενά πυροσῶν ἔχοντες .....  
 ἐσηλύοντο sc. cum Typhon fulmina iacularetur. ib. 308. ἀπεπλάζοντο πυροσῶ. XXXVIII.  
 21. καὶ πολὺς ἐνθα καὶ ἐνθα κατήριπε πυροσῶς ἀλήτης, ἄρματος οὐρανίου κατάφύτος.  
 Deinde de radiis seu ardore solis. XVI. 250. καὶ φλογεροῦ φαέδοντος ἱμασσομένης  
 χροῶ πυροσῶ ..... τεραίνεται χεῖλα κούρης. XXVII. 11. καὶ (Φαέδων) στρατὸν αἰχμά-  
 ζειν προκαλίξετο μιάφτυρι πυροσῶ, θερμὸν ἀκοντίζων ῥοδόεν βέλος. XX. 163. ὑπὲρ ἡελίου  
 πυροσῶ φλογόεντα. IV. 282. ἄρσενι πυροσῶ Ἡελίου γενετήρας συναπτομένη Μήνη. conf.  
 XXXVIII. 378. Simili modo Opp. Halieut. IV. 353. ἔξοχα γὰρ πυροσῶσεν ἐπὶ ἡελίου  
 γάνυνται. Tum vero etiam de stellarum igne corusco. II. 192. ἀστέρες αἰκτῆρος ἐπέ-  
 γραφον ἡέρα πυροσῶ. XXXI. 5. Ἦρη ..... ἀπειλητῆρι κατέγραφεν ἡέρα πυροσῶ. ed. princ.  
 τασῶ habet: at vide annot. Graefii, cui suffragari nemo facile dubitet. XXIX. 201.  
 equi Cabirorum πυροσῶν ἀπειλητῆρα διαπνεύοντες ὀδόντων. Huc referre etiam illa licet,  
 quae leguntur XXXVIII. 418. ἠερόθεν δὲ ..... Διὸς ὕμβρος ..... διερεῖ γασάμιγγι κα-  
 τέσβεσε πυροσῶν ἀλήτην, ὅσσον ἐπὶ χθόνα πάσαν ἐφλεγένων ἀπὸ λαμῶν οὐρανόθεν  
 χρεμέδοντες ἐπέκτυπον αἰῶσιες ἵπποι. Scriptura libris divulgata est ἀπέκτυπον: sed  
 praecedens, inquit Graefius, ὅσσον ἐπὶ χθόνα videbatur aliam praepositionem postu-



lare. Iupiter errantem flammam extinxit, quocunque per terram hinnitibus ex ignivomone emissis, strepitum (sc. hinnitus) tulerant ignei equi. Hoc certe doctius est, quam si quis ἀπέπτουον tentaret et ὄσσαν πυρρὸν iungere mallet, ut fere Lubinus videtur in animo habuisse. Haec Graefius. Lubinus enim hunc locum hoc modo explicat: Iovis imber humida gutta extinxit ignem errantem, quantum super terram omnem valde a flammatis gutturibus e caelo hinnientes expuerunt ardentes equi. Prius autem, quam de Graefiana coniectura quid sentiam dicam, iuvat locos afferre, ex quibus, quemadmodum Nonnus verbis ἐπακτυπεῖν et ἀποκτυπεῖν usus sit, intelligatur.

Itaque ἐπακτυπεῖν primum de tonitru dicitur. M. Ev. Ioh. M. 117. ζαθέων ἀπὸ κόλπων βρονταίη ἐπέκτυπεν ..... ἤχώ. XXVIII. 22. καὶ πάταγος βρονταῖος ἐπέκτυπεν εἴκελος αὐλῆ (i. e. insonuit). XX. 346. Λυκόοργος μάγνατο Βάκχῳ καὶ κέλαδον βρονταῖον ἐπέκτυπεν Ἥρῃ. VII. 348. βρονταῖος πατάγισον ἐπέκτυπεν ..... Ζεὺς. XLV. 358. βρονταῖς δ' ἐνδομούχοισιν ἐπέκτυπε Πενθεὸς αὐλῆ (fragore resonuit). Deinde de quovis strepitu, velut de fremitu fluctuum, de sonitu aeris. XXXVI. 90 sqq. κορυσσομένιοι δὲ Φοίβου Ἄρεος ἐσμαράγησε μέλος πατρῷος αἰθῆρ βρονταῖον κελάδημα. Συελλήεσσα δὲ σάλπιγξ οὐασι Φοιβείοισιν ἐπέκτυπε ποντιαῖς ἤχώ (i. e. obstrepuit). conf. XXXIX. 222. δούμαια στρατιῆσιν ἐπέκτυπεν Ἄρης. XLIII. 205. Τρίτων ἐπέκτυπε Θυιάδι μάχῃ (concha scil. seu buccina). XXVIII. 29. στέμματα μὲν κορύψασσιν, ἐπέκτυπε δ' αἰγίδι Σώφρῃ. XXIX. 218. φάσγανα γυμνά βοείας ἐπέκτυπε τυπτομένησιν (i. e. increpauerunt gladii scutis repercussi. conf. Apoll. Rhod. I. 1135); de fragore arborum prorutarum: XXXVII. 16. πολλὴ κοπτομένη δρυς ἐπέκτυπε; de sonitu pedum vel ungularum XII. 14. πῶλοι μαρμαραεὶς ὀνύχασσιν ἐπέκτυπον αἴθου φάτῃ; de tibiaram, fistulae et citharae cantu XLVII. 22. καὶ Φρυγίος αὐλοῖσιν ἐπέκτυπεν αὐλὸς Ἀθήνης (in sacris Bacchicis). XIV. 404. ἐπέκτ. αὐλὸς Ἐνυοῦς. XI. 223. ἀμφὶ δὲ νεκροῖς Μυρδοῖς ..... ἐπέκτυπεν αἰλίνα σύριγξ (conf. Hom. II. X. 13. αὐλῶν συρίγγων τ' ἐνοπή). XIV. 65. Πολύφημος εἰσορόων ἤμφαυρῃ Γαλάττειαν ἐπέκτυπε γείτονι πόντῳ νυμφιδίῃ σύριγγι χέων φιλοπάρθενον ἤχώ. XXI. 21. Παιδαρέης φρόμιγγος ἐπέκτυπε Δώριος ἤχώ; denique de voce humana atque clamore XLVII. 739. μέλος ἡερόφοιτον ἐπέκτυπε Σηλὺς ἰωή (ubi mulieres Bacchum carminibus celebrant). XXXII. 176. καὶ κτύπον ἐννεάχιλον ἐπέκτυπε λοῖγμος Ἄρης. conf. Hom. II. V. 860 ..... ὄσσαν τ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι ἄνδρες ἐν πολέμῳ, τόσον ἐβραχ' Ἄρης.

His locis apparet, ἐπακτυπεῖν de omni genere sonorum usurpari idque ita, ut et ipse sonitus dicatur ἐπακτυπεῖν et res, quae strepitum edat. Ponitur autem ἐπακτυπεῖν aut absolute, verbi neutrius more, aut iungitur cum accusativo soni, qui editur, et cum dativo rei, tum cui obstrepitur, tum qua strepitus cietur. Quod igitur Graefius supra dedit χρομέδοντες ἐπέκτυπον id nihil quidem habet, quod a Nonniano huius verbi usu abhorreat: sed sunt alia, quae displiceant. Etenim hinnitus sive strepitus quid hoc loco faciat, non video, cum summa res in extinguendo posita sit incendio, quod Solis equi excitaverant. Deinde ὄσσαν vix poterit explicari quocunque, cum subsequatur πάσαν; denique hinnientes hinnitum — hic est enim is strepitus — ediderunt equi putide dictum mihi videtur. Haec me movent, ut Lubini ἀπέπτουον, quam Graefii ἐπέκτυπον amplecti malim. Sane non equi illi ignivomi incendium con-

flarunt soli, sed currus etiam, cui erant iuncti. Verum quis id urgeat? verbo autem ἀποπτύειν, quod Nonno est in deliciis, nihil est commodius. Significat illud exspuere sive ex ore emittere, velut XXII. 233. νεκρός θεομόν ἀποπτύων ῥόον αἵματος. M. E. Ioh. I. 25. θεῖον ὑπὸ στόμα διψάδι γαίῃ (Iesus) λυσίπονον ἀπέπτυνεν ἀφρόν (salivam) δόοντων. XLVIII. 62. ἡμιδαῆς σύριζε δράκων πυριβαλπέῃ λαμψῇ καπνὸν ἀποπτύων οὐ λοιγιὸν ἰὸν ἰάλλων. Item I. 267. δράκοντες ..... ἰὸν ἀποπτύοντες. Adde II. 31, XXVI. 200, XLIII. 240, XVIII. 275, V. 147: ἀμφίβασινα ..... ἰὸν ἀποπτύουσα. XXV. 464. ἰοβόλοις γενύεσσιν ἀπέπτυνεν (δράκων sc.) ἱεμίδα Μαιῆς. XXXVII. 666. Σατύρων ἐγγέλασσε χορὸς πάπταινων Κορύβαντα ..... ὄνθον ἀποπτύοντα κατάρῳτον ἀνθερωῶνος. (conf. Hom. II. XXIII. 781.) XLV. 154. ἀεξυφύτοιο δὲ πόντου ἀνθεα κυματόειντες ἀπέπτυνον ὕδατος ὄλκοι. (i. e. eiecerunt.) conf. Ovid. Met. III. 664 sqq. Hom. II. IV. 426: κῦμα θαλάσσης ..... ἀποπτύει ἄλός ἄχνην. XIII. 473. ὄπη Πακτώλιον ἰλὺν ξανθὸς ἀποπτύων ἀμαφύσσεται ὄλβος ἐέρσης. XXV. 560. φόρον (lapidem pro Iove devoratum; de Saturno enim poeta loquitur) ἀποπτύων ἐγκύμιμος ἀνθερωῶνος, unde etiam XLI. 170. Κύπρις τόκον ἀργιλόχευτον ἀπέπτυνε θεῖλῃ κόλπῳ. XXXVI. 228. ἵππος καμπύλα δ' (sic enim pro τ' scribendum esse, docuit Lehrsus quaest. epic. p. 298) εὐλαῖγγος ἀπέπτυνεν ἄκρα χαλινοῦ, itemque XXXVII. 300. ἀφροῶν στατὸς ἵππος ἀπέπτυνεν ἄκρα χαλινοῦ.

Deinde verbum ἀποπτύειν ubi ad fulgorem splendoremque traducitur, significat emittere seu reddere, velut XXV. 411: φέγγος ἀποπτύων ἀστήρ. XXXVIII. 377: Μῆνη σέλας ἡμιτέλεστον ἀποπτύουσα προσώπου. XLV. 346. ἀφλεγέας σπινθηρας ἀπέπτυνε θεόκελος ἀγλή (refulgens numine Bacchi). XVIII. 78. αὐγὴν αἰθαλόεσσαν ἀπέπτυνεν ἄχθος ἀχάτης; itemque V. 170. λεπτοφαῆς σέλας ὑγρὸν ἀπέπτυνεν ἰνθὸς ἀχάτης. VI. 219. ὑπὸ Ζεφύροιο δὲ ταρωῶ ἡμιδαῆς σέλας ὑγρὸν ἀπέπτυνεν ἑσπερίς ἄλμη. Paulo insolentius haec sunt dicta: III. 57: ὄρθρον ἀποπτύουσα φάνη ..... Ἥως et XLII. 539. Διόνυσος ἀπέπτυνεν ἐλαίδα νίκης, respuit i. e. misit seu abiecit spem victoriae.

Verum ut redeam; unde digressus sum, πυρσός torrem vel omnino ignem significat (conf. Koechly ad Quint. Smyrn. I. 95). Conf. X. 70, XXVIII. 183, XXIX. 214, XXXVI. 85, 111; XXXVII. 75: καὶ γινωτόν (Eurum ventum) προέηκεν ἄσπματι πυκνότερω (quod iure repositum est pro πυρσοφόρω) φλογοειδέα πυρσὸν ἀνάπτειν. haec ex Homeri imitatione fluxisse apparet. vid. II. XXIII. 215. Epitheton φλογοειδέα reprehendit Nicol. Heins. dissert. p. 189: qui tamen nimius est in premenda altera huius adiectivi compositi parte. XXX. 79: ἀμφὶ δὲ δειρὴν Μορφέος αὐτοέλεκτος ἐλίεσσο πυρσὸς ἐχέφρων. Cunaeus (animadv. p. 30) cum π. ἐχέφρ. phrenetici esse dicit, iusto acerbior est. Illud vero, quod ἐχέφρων apud Nonnum significare putant, mentem cohibens vel reprimens, multum abest, ut mihi probetur. Est potius animatus ac tribuitur etiam, ut hoc loco igni, rebus inanimis, ut intelligatur, esse in iis sensum aliquem ac vigorem aut aliquid consilii et rationis. Ceterum conf. Claud. XXXVI. 386 et annot. Gesneri ad. h. l. M. Ev. Ioh. Σ. 117. Petrus ψυχρὸν ἐπ' ἀνδροκόοντι δέμας θερμαίνετο πυρσῷ ib. 86. ὑπὸ σπινθηρι δὲ λεπτῷ πυρσὸν ἀναπτον ἔχουσα μαραινετο φειδομένη φλόξ, ignem, nisi fallor, dicit, qui iam subsederat, ita ut nihil praeter carbones candentes restaret. XIII. 109. κριός (quae pro Iphigenia immolata est) ἀμεμι-



φεί καίετο πυροῦ. XLII. 335. Βάκχος κλονέων Πενθεῖα μεμηνότα μάστυρι πυροῦ et eodem libro v. 340 ἀμφὶ στέφνον ἔλαξ πυρός (flamma) πεφόρητο.

Ἔρωτων. Apud Homerum ἔρος et amor est, velut Σεῖα, et cupiditas sive desiderium, ut ἐδήτυος, γόου. ἔρωτα in hymno Merc., sed loco subditio reperitur. vid. Herm. epist. p. LXVIII. Pluralem huius vocis numerum ab antiquis poetis non usurpatum esse, vir summus docuit ad Orphic. p. 823. Conf. etiam Henr. Steph. Thes. gr. ling. ed. Paris. s. h. v. Praeterea, ut latine amores, ita graece ἔρωτες recentioribus poetis ii ipsi dicuntur, qui in deliciis sunt. Ἔρωσ deus apud Homerum nullus est. Hesiodus (Theog. 120) Ἔρωσ, inquit, κάλλιστος ἐν ἀθανάτοις θεοῖσι λυσιμελής πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν. At apud eundem Amor est comes Κυπρογενείης (Theog. v. 201): de qua re videsis Schoemannii comp. Theog. Hesiod. cum Homer. p. 9 et Soetbeer »die Urform der Hesiod. Theog.« p. 62. Haud dubie Ἔρωτος, qualem antiqui poetae voluerunt esse, vis ac natura longe maior erat, quam lascivi istius et improbi pueri, quem Venere natum tradiderunt. Iisdem poetis recentioribus placuit plures esse Ἔρωτες sive Cupidines. Philod. ep. XXIV. 2. Κύπρι, Πόρων μητέρες ἀελλοπόδων. Horat. C. I. 19: Mater saeva Cupidinum. Nonnus in adornando Amoris numine nec ab antiquarum fabularum gravitate abstinuit et recentiorum levitatem, ad quam ipsius ingenium erat proclivius, amplexus est. Ceterum haud ab re erit, cum Nonnianis Ἔρωτος epithetis conferre Orphica (hymn. LVIII. et Argon. v. 14): sed haec hactenus. Iam vero de locis, quibus haec vox apud Nonnum legitur a me collectis eos proferam, ex quibus, qui sit Nonnianus huius vocabuli usus, satis cognoscatur.

Itaque ἔρωσ et singulari et plurali numero significat amorem. V. 434. αἶψα δὲ κοῦρης Σινητῆς εἶχον ἔρωτα. XL. 559. ποσοβλήτοιον δὲ πηγῆς ἔκλυες ὑγρόν ἔρωτα, Συρηκοσίης Ἀρεθούσης. conf. XLII. 104. ὑγροπόρου μάστυρα λάτρην ἔρωτος ἔχεις Ἀλφειὸν ἀλήτην. res est notissima. XXXV. 45. διώκω κοῦρης νεκρὸν ἔρωτα καταφθιμένων ὑμεναίων (mulier enim extincta erat). XLVII. 373: μίης τάχα παρθεναίων σύμπλοον ἔσχεν ἔρωτα, Theseus scil. Epitheta ὑγρόν, νεκρὸν, σύμπλοον, amori paullo audacius quidem adiecta sunt; sed vide de toto hoc genere Iacob. quaest. epic. p. 113 — 116. XLVIII. 497. οὗτος ἔρωσ οὐ πᾶσιν ὁμοῖος. XV. 209. εἰς βαδὺν ἤλθον ἔρωτα. βαδὺς ἔρωσ dicitur, ut apud Pindarum βαθεῖα μέριμνα, apud Aeschylum φροντίς, apud Sophoclem τέρατα. XLII. 107. οὐ φύγε θερμόν ἔρωτα Alpheus sc., qui quamquam magnam molem aquarum trahebat, tamen amoris ardorem restinguere non potuit. eod. libr. 100. οὐ δύναται σβέσσαι δίψαν ἔρωτος ὄλος γόος Ὀκεανοῦ ... τηλίκον οἶδμα περήσας τυμφίος Εὐρώπης οὐκ ἔσβεσεν ἡμερόεν πύρ. XXXIII. 250. ἵνα σφίγξω θερμόν ἔρωτος (amplexus amatoris nimirum poeta dicit) ἐπ' αὐχένι Χαλκομεδείης. XL. 207. Χειροβίης γόον ἐλκομένης εἰς ἔρωτα δορακτῆτων ὑμεναίων. i. e. mulier ploratus edit, quod captiva ad concubitum trahitur. (Confer. Homer. II. XXII. 62, VI. 465.) XLVIII. 465. Διονύσῳ ὤπλισεν ἄλλον ἔρωτα καὶ εἰ πέλε νήϊς ἐρώτων. adde II. 108. III. 103. Omnino nihil est plurali numero huius vocabuli, ubi amorem sive libidinem significat, frequentius. XXXIII. 265. θερμότεροι σπινθηρές ἐρώτων. XI. 356. ἀλλῶ λῦσον ἔρωτι τεῶν σπινθηρές (ignes) ἐρώτων. XXXIV. 24. κρυπτόν ἀτεκ-

μάρτων ἐφράσσατο κέντρον ἐρώτων. Euripid. Hippolyt. v. 38. πεπληρωμένη κέντροις Ἔρωτος. XXXIV. 317. οὐ τόσον αἰχμαὶ ἄνδρα βαλεῖν δεδάασιν, ὅσον σπανῆρες ἐρώτων. XVI. 175. ἐμῶ δὲ φυλάσσετο παστῶ νυμφίος ἢ κλυτότοξος ἀνάξ (Apollo) ἢ χάλκεος Ἄρης, ὃς μὲν τόξον ἔχων, ὃ δὲ φάσγακον ἔδνον ἐρώτων. item XLVIII. 546. δέξο μοι ἠλακάτην, φιλοτήσιον ἔδνον ἐρώτων. XLVII. 518. ὄμβρος ἐρώτων χρούστος εἰς γάμιον ἦλθε (Iupiter in auream pluviam conversus in Danaes sinum defluxit). XLVIII. 653. Aura nympha, quae dormiens a Baccho vitata est, λυσιμελῆ ὕπνον ἀκηρύκτων ἀπεσείσατο μάρτων ἐρώτων. i. e. furtivi amoris seu concubitus testem. XVI. 242. Ἀντιόπης ἐδάης (nihil enim mutandum censeo) φιλοπαύζιμονα Σεσμὸν ἐρώτων (Antiopam enim Iupiter in Satyrum conversus compressit; (vid. Apollod. III. 5, 5. Ovid. Metam. VI. 109) XVI. 238. οὐ Σεμέλην ἱκέτευεν, ἕως ἐτύχησεν ἐρώτων. XIII. 179. Σεσμὸν αὐτόσσοτον ἄφρον ἐρώτων i. e. semen Vulcani profusum (conf. Apollod. III. 14, 6 et Hygin. fab. 166). XXVII. 268. Ἥρη ἐμὸν μεδέπουσα χόλον καὶ ζῆλον ἐρώτων αἰὲν ἐμοῖς τεκέεσσι κορούσεται (Iupiter Iunonem dicit omnes suos amores odio et invidia persequentem liberis suis infensam esse. XVI. 103. ἄξομαι ἐκ Σπάρτης ἑτέρους κύνιας, οὓς ἀπιτάλλει ἠΐδέν ἐς ἔρωτας ἐμὸς Κάρνειος Ἀπόλλων. i. e. canes educit pueris, quos dilexerit, donandos. conf. Callim. hymn. in Apoll. v. 49. Ruhken. Epist. crit. II. p. 227.)

Deinde ἔρωσ ἐστὶν desiderium seu cupiditas rei cuiusdam, velut XXIX. 3. καὶ πλέον οἴστρον ἔρωτος ἐδέξατο i. e. magis etiam exarsit belli gerendi cupiditate. XXXIX. 214. ναύμαχον εἶχεν ἔρωτα. XIX. 161. ἔρωσ δὲ μιν ἠδέος οἴνου ᾤχε νέον. XLVI. 322. Autonoe consolata Agauen ζῆλον, inquit, ἔχω καὶ ἔρωτα τῆς κακότητος (miseriae), Ἄγραυ, ὅτι περιπέσσεις γλυκερὴν Πενθεῆος ὄπωπῆν (quod sane Autonoe, matri infelicis Actaeonis, facere non licuit).

Cupidinis dei vim ac potentiam his locis poeta praedicat: XXXIII. 59. παιδαμαάτωρ, ἀδάμαστε, βιόσσοσ, σύγχρονσ κόσμου. Conf. Orph. Argon. 426. προσβύτατόν τε καὶ αὐτοτελῆ πολύμητιν Ἔρωτα. Luc. dial. deor. II.: ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ. II. 222. νυμφοκόμος παιδαμαάτωρ ἀδάμαστος ἔρωσ θρασυῖ εἰς φόβον ἔπη (fugit Typhonem) τόξα λιπῶν γονόεντα. XXIV. 267. ἀρμονίην δ' εἴσπενεν ἀχρηῆστον ἀνυμφεύτων ὕμεναίων ἠνίοχος βιότοιο γάμιον δεδοκημένος Αἰὼν καὶ φλογερὴν ἀγέραςτος Ἔρωσ ἀνελύσατο νευρήν, παπταίνων ἀλόχευτον ἀνήροτον αὐλακα κόσμου. XLI. 130. Σοῦρον Ἔρωτα (Ἔρωτα enim recte pro Ἄρηα reposuerunt Falkenb. et Canter.) γουῆσ πρωτόσπορον ἀρχήν, ἀρμονίης κόσμου φερσέβιον ἠμοχῆα ὠδενεν (Ἀφροδίτη sc. οὐρανίη). VII. 3. ἄσπορον ἦροσε κόσμον Ἔρωσ, φιλόστητος ἀροτρεύς. I. 398. τελεσιγόνου γάμιον πρωτόσπορος ἀρχή. VII. 110. καὶ σοφὸς αὐτοδίδακτος Ἔρωσ αἰὼνα νομιεῖν πρωτόγονου χάεος ξοφερούς πυλεῶνας ἀράξας ἰοδόκην ἐκόμισσε Σεήλατον, ἧ ἐνὶ μούνη εἰς πίδον ἀλλοπρόσάλλον ἐπιχρονίω ὕμεναίων Ζηνὶ .... πεφυλαγμένοι ἦσαν οἴστοι δώδεκα (quot sagittae, tot Iovis amores, Io, Europa, Pluto, Danae, Semele, Aegina, Antiopa, Leda, Dia, Alcmene, Laomedea et Olympias, mater Alexandri. Cupido puer ille alatus, est parvus quidem, sed diis et hominibus superior, arcu sagittis ac face armatus, procax, subdolos, saevus idemque dulcis, vulnera inferens acerbissima.) — XXXII. 52. πτερόεις. XXXIII. 58. Σοῦρον Ἔρωτα ἠεροφοίτην ἀνδρομέης γονόεντα κερβερητήρα γενέδλης. conf. I. 376. ἠμοχῆα γενέδλης πτερόεντα. XLII. 2. Σεσμὸς Ἔρωσ



ἀκίχητος ὑπὲρ μέμνον πόδα πάλλων ὑψηλεφής πτερόεντι κατέγραφεν ἤερα ταρσῶ, τόξα φέρον φλογόεντα ... κατομαδίη δὲ καὶ αὐτὴ μελιχίου πλῆθυσσα πυρός κεχάλαστο φαρέτρη. XXXIII. 62. Ἔρως πτερά πάντοδε πάλλει τέτραχα τεμνομένην κυκλοῦμενος ἀντυγα κόσμου. XLVII. 267. ἀμφὶ δὲ μιν πτερά πάλλειν Ἔρως θρασυς (circa Bacchum scil. in Naxum insulam proficiscentem). III. 104. νυμφίον οὐ βραδύν αἶθεν Ἔρως ταχύς. XXXIII. 90. αἰολόμητις. III. 106. θερμὸς Ἔρως. XXIV. 312; XLVIII. 265, 613. πυρός. XLVII. 467. πορφυρέας δὲ ῥόδοισι περιτροχον ἀνδρος ἐρέπτων μάντις Ἔρως πυρός στέφος ἐπλεξε (Ariadnae) σύγχροον ἀστρων. id enim pro σύγχροον reponendum esse vidit Graefius. I. 80. τιτανομένοιο δὲ ταύρου (Iovis sc.) βουκόλος ἀρχένα δοῦλον Ἔρως ἐπέμαστιε κροτῶ. Lucian. (dial. deor. marin. XV.) Cupidines tum circumvolasse taurum, faces ardentis gestasse et hymenaeum cecinisse dicit. conf. I. 329. Iuno Iovem carpens in tauri formam conversum τέτραδι, inquit, διπλόα κέντρα καὶ ἀγρονόμων καὶ Ἐρώτων. XLVII. 424. θοῦρος Ἔρως περίφοιτος ἐμάστιε κέντροι κροτῶ παρθευκαίη. X. 337. μάργος Ἔρως. conf. XXXIII. 180, XLVIII. 275. Eodem libro v. 270. ἀργετιῆρος Ἔρωτος φαρέτρη commemoratur: quem versum in suum carmen transtulit Coluth. (v. 29.) XXXI. 171. πανδαμάτω θεὸς ἄλλος ὁμόπτερος ἴκελος ὕπνῳ βαίος Ἔρως ὀλίγη κήκησε βελέμνῳ. VII. 270. ἀκιδνοτάτῳ δὲ βελέμνῳ βαίος Ἔρως ἐφλέξεν ὀστοτευτῆρα κροταυοῦ (Iovem sc.) XXXIII. 316. βαίος Ἔρως με δάμασσε. XLII. 184. βαίος Ἔρως Διόνυσον οἴσθησε βαλῶν πανδηλγεί οἴσθη. XVI. 2. λαβῶν ἐὸ τόξα καὶ ἱμερόεν βέλος ἔλκων θοῦρος Ἔρως. XLII. 23. ἐνθα μολῶν ἀκίχητος Ἔρως ἐπὶ γείτονι κουρη δαίμονας ἀμφοτέρους (Bacchum et Neptunum) διδυμάωνι βάλλειν οἴσθη. XXXIII. 161. σὺ δὲ (εἴχης) τόξον ὑπέροτρον (cui omnes dii deaeque cedunt). IV. 240. βέλος καὶ τόξον ἔχει καὶ πυρσὸν (facem) ἀείρει βαίος Ἔρως περὺν γέσσι κεκασμένος (conf. Voss. epist. mythol. tom. II. p. 34 sqq.). I. 399. τείνον Ἔρως σέο τόξα. XXIX. 333. αὐτὸς Ἔρως τόξουεν. XLII. 332. Βάκχον Ἔρως τόξουεν ὄλον βέλος εἰς φρένας πήξας. XLVIII. 264. θεὸς πυρός τανύσας βέλος αἴσθη νευρῆ θοῦρος Ἔρως. I. 364. τοξοφόρος. XV. 383. τόξον ἐρῶσθην Ἔρως καὶ ὄρκιον ὠμοσε cet. XI. 483. θοῦρος Ἔρως γλυκὺ κέντρον ἐλαφρίζων Διόνυσου. itemque XVIII. 509. κέντρον Ἔρωτος γλυκὺ: at XV. 318. ὅπως ποτὲ πικρὸν ἀλύξω ἔμπεδον ἔλκος Ἔρωτος. est enim Amor, ut ait Posidippus γλυκύπικρος: dulcis, ubi bene mutuis fidum pectus amoribus, sin minus, acerbis. Virgil. Eclog. III. 110. quisquis amores aut metuet dulces aut experietur amarus. Itaque Nonnus: XLVIII. 481. τί κύντερον ἢ ὅτε μοῦνοι ἀνέρες ἱμείρουσι καὶ οὐ ποθέουσι γυναῖκας et XLII. 437. ἐνδόμυχος δὲ διπλόος ἐστὶν ἔρως, ὅτε παρθένης ἀνέρα φεύγει. conf. IV. 175, XLII. 213. Horat. C. I. 13. humor in genas labitur arguens, quam lentis penitus inacerer ignibus. Tantum valet πυρσὸς ille Ἐρώτων, qui et hoc libro commemoratur et XXXIII. 247.

Haec eadem vis est amoris, sive uni illa Cupidini tribuitur, sive in plures Cupidines quasi dividitur. XLVIII. 483. καὶ μέθεπε προπίδασσι πεκηγμένον ἰὸν Ἐρώτων. conf. X. 287. ἀμφίεπων ὑποκάροισιν ἰὸν Ἐρώτων. XXXIII. 239. αἰδύσων νεχίαν ὑποκάροισιν ἰὸν Ἐρώτων. XLII. 172. ἐνδοσι πείσων κρυπτόν ἀκοιμήτων ὑποκ. ἔλκος Ἐρώτων. XXXIV. 73. ἐνδον ἐμῆς κροαδῆς ἐήσομαι ἔλκος Ἐρώτων. Conf. Eurip. Hippolyt. 392. ἐπεὶ μὲ ἔρως ἐτρούσει. Horat. Carm. I. 27, 12: quo beatus vulnere, quo pereat sagitta. Subrepat autem hoc malum per oculos in animum: XLII. 43. ἀρχομένην

ὄφθαλμὸς προκείμενος ἐγίνετο πορδαμὸς Ἐρώτων. *Musaeus* v. 94. ὄφθαλμὸς ὄδος ἐστίν. ἀπ' ὄφθαλμοῦ βολάνων ἔλκος ὀλοσθαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὀδεύει. XXXV. 43. ἐπεὶ σέο μᾶλλον οἷστων μασοὶ ἀριστεύουσιν οἷστυτῆρες Ἐρώτων. XLVIII. 286. αὐτοὶ (Ἐρωτες) εἰς λίνον ἀνδρα φέρουσι καὶ ἀγνώσσοι γυναῖκα. IV. 217. οὐδὲ καὶ αὐτῆς ὑμετέρης ὠδίνος (filiae) ἐφείσατο κέντρον Ἐρώτων. XLII. 202. γηγενέων ὀλετήρα (Bacchum) φόβος τίκτησεν Ἐρώτων. 380. γαμίαν πεφύλαξο δυσάντα μῆριν Ἐρώτων νηλέες εἰσὶν Ἐρωτες. 270. μελίφρονα θεσμόν Ἐρώτων. V. 96. Ἄρης γαμίη σάλπιγγι μελίξετο θεσμόν Ἐρώτων, ἀντίτυπον σύριγγι, θεσμόν est coniectura Lennepii; scriptura autem vulgata θυμόν. Scaliger voluit scriptum ἑυθυμόν, vir doctus quidam apud Villois. μῦθον. Requiri sane videtur vocabulum, quod sonitum modosque carminis significet. Poeta, nisi fallor, dicit Martem in nuptiis Cadmi et Harmoniae carmen nuptiale cecinisse resonante ex altera parte fistula. Verum θεσμόν Ἐρώτων, foedus amoris, coningium vel etiam concubitum esse, apparet. XLI. 337. Λαοβίην ζυγίῳ γάμου ποτώσατο θεσμῷ. XXXII. 83. οἱ δὲ γάμου χαρίεντος ὁμίλειον ἠδέει θεσμῷ. IV. 58. Ζεὺς προπάτωρ ἐμὸς ἔσχε κασιγνήτης λέχος Ἥρης, θεσμόν ἔχων θαλάμων ἐμφύλιον. XLII. 509. θεσμά γάμων ἀχραντα. Conf. *Jacobs* ad ἀδεσπ. ἐπιγρ. VII. Tom. XI. p. 289. Foedus igitur Amorum Mars cecinit tuba nuptiali. quid vero ἀντίτυπον σύριγγι? XLIII. 72. αὐλὸς ..... ἀντίτυπον φεβέξατο μέλος μυκήτορι κόχλω. I. 61. Τρίτων δ' ἠπεροπῆα Διὸς μυκήθμων ἀκούων ἀντίτυπον Κρονώϊνι μέλος κωκύσατο κόχλω. VIII. 23. εἰ δὲ ..... μεμυκὸτος ἔκλυε ταύρου, ἀντίτυπον μύκημα βοῦς μυκήσατο λαίμῳ. XXXII. 132. Ἥχῳ ἀντίτυπον θρασὺν ἦχον ἀμειβομένη Διονύσου. M. Ev. Ioh. M. 122. φωνὴ ἀντίτυπος βροντῆσι. Z. 221. ἀντίτυπον μῦθον φάτο. Itaque, quin μελίξετο θεσμόν Ἐρώτων dici possit, nulla est dubitatio: sed, quae verba sequuntur ἀντίτυπον σύριγγι parum commode cum θεσμῷ iunguntur; haud dubie ἀντίτυπον magis convenit verbo, quod Scaliger de coniectura dedit. conf. XXXVI. 396. ἑυθυμόν Ἐνυαλίῳ μάτην ἐπεβόμβεε σάλπιγγι. nec tamen iccirco dixerim, hanc germanam esse scripturam. Fortasse ἀντίτυπον more adverbii cum μελίξεται arcte iungendum est, iam cetera persequar. V. 100. πλέξας κῶμον Ἐρωτὶ Ἄρης ἠθάδας εὐπολέμοιο λόφους ἀπεσείσατο χαίτης. XVI. 286. πνοιή δ' ..... ἀνέπλεκεν ἕμιον Ἐρώτων. XLVII. 325. ἡμετέρη — ἐπεκόσμιε τερομένη χεῖρ εἰαροῖς πετάλοισι τεθηλότα βωμόν Ἐρώτων. X. 245, XVI. 234. λάτρως Ἐρώτων ἐπιγρ. I. XV. Νίκαιαν ἀπειλήτειραν Ἐρώτων. XLI. 14. Βροθή (πόλις) ὄρμος Ἐρώτων. XVI. 59. αἰετὸς ὄρνειον ἄλλο γαμοστόλον ἄστρον Ἐρώτων (nam aquila, quae Ganymeden rapuerat, a love in signa caelestia relata dicitur. Conf. XXXIX. 170. καὶ πατήρ Αἰγίνης μιννήσκεο, μὴ σέο νύμφης νυμφίον αἰσχύνειας ὁμόπτερον ὄρνιν Ἐρώτων. (Vid. *Eratosth.* cp. 30. *Arat.* φαιν. 315.) I. 351. ὄμφακα κυπιδίων ἐδρέψατο καρπὸν Ἐρώτων. i. e. Iupiter Europam, puellam tenerrimam, compressit. conf. *Pind.* *Fragm. Scol.* IV. χάριτας Ἀφροδισίων ἐρώτων. I. ὦ παῖδες ἐρατειναῖς εὐναῖς μαλθακᾶς ὄρας ἀπὸ καρπὸν δρέψεσθαι, σὺν δ' ἀνάγκη πάγκαλον. III. 116. Ἥλεκτρον σε (Cadmum) δεδέξεται, ἧς ἀπὸ χειρῶν νηὶ τεῇ γαμίων ἐμβάλλεο φόρτον Ἐρώτων. φόρτον Ἐρώτων Harmonia est, quam in navem imponi iubet. Pro vulgata ναὶ δὴ καὶ γαμ. ἐμβάλλεο *Cunaeus* (*animadv.* p. 43) recte comecit νηὶ τεῇ. *Graefius* mavult legi: νηὶ γλυκύν γαμίων. Simili modo φόρτον Ἐρώτων *Nonnus* dixit *Pallenen*, a



qua Bacchus in luctando facile se vinci passus est: XLVIII. 160 θεός ἐκούσιος ἦρπε γαίη οὐτάδανῃ (imbecilla) παλάμη (mulieris sc.) νικώμενος ἰμερόεν δὲ φάρμακον εἶχεν ἐρωτος, ἐνὶ ..... δὲ κοινή κούφιζων ἐρώεις ἐπὶ νηδυῦ φόρτον Ἐρωτῶν. Restat, ut eos proferam locos, quibus vox ἐρωτες pro iis, qui in deliciis sunt, posita est. XVI. 104. καί μιν ἰδὼν ἔτι Βάκχος ἐτέρετο. καὶ γὰρ ὅπωπαὶ οὐποτε δερκομένοισι κόρον τίκτουσαν ἐρωτῶν. XLVIII. 969. Κωθωναίων ἐρωτῶν Βάκχος οὐκ ἐπελήσατο (Ariadnae memor erat). XXIX. 138. διὰ μηροῦ ἄφτι πάλιν κελάρυζεν ἐπὶ χροῖνὶ λυδρος ἐρωτῶν (Hymenaei, quem Bacchus dilexit). Επηγρ. I. XII. Ἄμπελος νέον ἄνδρος Ἐρωτῶν. (Conf. Aeschyl. Agamemn. 723.)

Φοινίσσοντος σέλας Ὠκεανοῦ. Φοινίσσειν proprie est rubro seu purpureo colore tingere. XXXIV. 142. οὐδὲ προσώπῳ μίλτον ἐπιχρίσαντες ..... ξανθὸν ἐφοινίσσαντο τύπον ψευδήμιον μορφῇ εἰς φόβον. VIII. 44. χεῖρας ἐρευθίσωντι νόσῳ φοινίσσεται λυδρος (i. e. minio). XLI. 259. λευκοὶ δὲ παρὰ σφυρὰ νεύατα κούρης πορφυρέοις μελέεσσιν ἐφοινίσσαντο χιτῶνας. VII. 222. ῥόδοις μελέεσσιν (κούρης) ἐφοινίσθη μέλας ὕδωρ. XLV. 155. εὐφρόδεν ὡς ἐνὶ κήπῳ ἀφροτόκοι κενεῶντες ἐφοινίσσαντο θαλάσσης (ῥόδοις sc. Ceterum nec apud Homerum (hymn. in Dionys.) neque apud Ovidium loco supra allato ulla fit rosarum aut liliorum mentio). XLI. 122. ἤϊόνες ῥόδοις ἐφοινίσσαντο κορυμβοίς. XLIII. 443. Πακτώλου παρὰ πέζαν, ὅτη χρυσαυγῆ πηλῷ ἀφνειῆς ψαμάσσιο (quod de coniectura Graefius dedit pro Λιβάνιο) μέλαν φοινίσσεται ὕδωρ (Pactolus aurea arena rubet). XXXIX. 41. Βάκχος, inquit Deriades, προχοῆσι πολύτροπα φάρμακα τεύχων ἀνδρα Θεσσαλακοῖς φοίνιζεν Ἰθάσπην. conf. XXIX. 292; XLVII. 82; XVII. 113; XLV. 417: ἀμειβομένων δὲ ῥοῶν (in vinum sc.) ἔπνεον μέθης εὐώδεις αἶθρα ..... ὄχθα δ' ἐφοινίσσαντο. XL. 309, quem locum supra iam attulimus, κύνων χεῖλα διερωῶ πυρὶ φοινίξας (muricis succo tinxit).

Deinde φοινίσσειν est sanguine aspergere vel cruentare. XXV. 314. Ἄττις χαλκῷ (vid. Catull. c. LXIII. sqq.) γονόντα στάχυν ἦβης φοινίξας (sc. cum se ipse castraret). M. Ev. Ioh. T. 5. ῥιγδανηῆ Χριστοῦ δέμας φοίνιζεν ἰμάσθη (i. e. Christum iussit ad sanguinem flagris caedi). XXI. 112. ἄλλη παιδοφόρον παλάμην φοίνιξε, σιδήρῳ νύεα δαιτυύσσα (i. e. sanguine maculavit). XLVI. 278. Agaue αἵματος ὀκλῶ στήθεα φοινίξασα et 312. αἶμα (Penthe) μητρῶν ὄλον φοίνιξε χιτῶνα. Conf. XVII. 320; XXI. 23. οὐδὲ ἐ λυδρῷ φοίνιζεν ἀρασσαμένωι καρῆνον. IV. 449. quo loco Nonnus Pherecyden (Schol. Apoll. Argon. III. 1185) videtur secutus (conf. Heyn. ad Apollod. III. I. p. 554): Ἄρης ὀλίσσανε λυδρῷ φοινίξας ἐὰ γνῖα. XXXI. 20. Περσεύς (obtruncata Medea) δρεπάνην φοίνιξε. III. 305. Παστοῖ (Danaidum) αἵματι δαιζομένων ἡμενάων. XLVII. 735. βρωμοὶ σφραζομένων ἀπὸ ταύρων ἐφοινίσσαντο. XXIX. 147. ἐν πολέμοις ..... ἄλλος ἀνὴρ κενεῶνα τυπεῖς φοινίσσεται αἰχμηῇ. XLV. 111. προασπίζων ἔτι ποίμας φόνῳ ποιμήν. XI. 223. νεκροῦ δέμας λυδρῷ φοινίσσεται. XVIII. 331. μαζοὶ τυπτόμενοι παλάμησι (prae luctu sc.) ἐφοινίσσαντο. XXIV. 185. ἀμοιβαίησι δὲ ῥιπαῖς τυπτομένων παλάμησιν ἴτις φοινίσσεται μαζῶν ἀμοιβαφῆς (i. e. ita, ut pectus esset sanguinolentum). XLVIII. 97. ὑπὸ λυδρῷ κτεινομένων ..... ἐφοινίσσαντο πάλαστρα. XXXV. 9, XXXVI. 438. λυδρῷ ἄστεος ἀγνυαὶ ἐφοινίσθησαν. XXXVII. 529. χαρασσομένης δὲ παρειῆς (in pugilatu) αἰμαλέας λυβάεσσιν ἐφοινίσθησαν ἱμαντες (de quo loco conf. Hom. II. XXIII. 682 sqq. et Theocrit. Idyll. XXII. 86 sqq.). XXII.

371. φοινίας λιβάδεσσαν ἐφοινίχθη μέλαιν ὕδωρ, aqua sanguine infecta est. XXV. 51. οὐ φοινή φασάμιγγι Λιβύς φοινίσσεται Νησεύς. i. e. mare Lybicum non, ut cum Horatio loquar, decoloravere caedes. XLVII. 130. Caeso inter pocula Icario αίμαλή φοίνεξεν ὁμόχροον οἶνον ἐέροση. X. 23. Athamantis furore correpti ὄμματα φοινίσσονται. Virg. Aen. II. 210. ardentisque oculos suffecti; sanguine et igni. Ovid. Metam. XI. 368. rubra suffusus lumina flamma. Iam vero φοινίσσειν apud Nonnum etiam vim habet verbi neutrius, ut latine purpurare pro purpurari dicitur. de quo huius verbi usu conf. Merrick. ad Tryphiod. v. 586. quosque ex Nicandro ille locos protulit. adde Sophoclem apud Athen. II. p. 51. d. ἐπειτα φοινίσσαντα γογγύλλον μύρον. i. e. rube-scens morum. XII. 303. σείετο φοινίσσων βότρυς ἐπὶ βότρου (conf. Hom. Odys. VII. 120 sqq.): at XXVII. 17. βότρυς (scil. cum maturuisset) ἐφοινίχθη, purpurascere coepit. XI. 176. καὶ ῥόδα φοινίσσονται πέριξ ἐπεδήσατο νύτῃ. conf. XII. 111; IV. 131. ὡς ῥόδα φοινίσσουσι παρηίδες at XVIII. 133. οἶνωθέντος ἐφοινίσσονται παρειαί. XXXIV. 123. ἀλλ' ὅτε φοινίσσονται σέλας πέμπουσα προσώπῳ ἄνδρον ἠέως, (sc. ore purpureo). XI. 31. πόθεν μία κίοναται αἶγλη καὶ χροὶ φοινίσσονται καὶ ἀστράπτουσι φέδρα. (corpore sc. nitor comparatur Pactoli auriferi color.) XXV. 287. ἰκμάς φοινίσσουσα ποταμοῖο i. e. aqua in vinum mutata. conf. M. Ev. Ioh. B. 37. χεῦματι φοινίσσονται. X. 157. ἰχθύας φοινίσσοντας ἰλιεὶ ἐχεκτεάνου ποταμοῖο (sc. Pactoli). XXVII. 601. ἠνίδες, inquit Perseus, φοινίσσονται θεμελίῳ παρθεναῖος, λείψανα κείνα φέροντα ῥυθφειέος νεφετοῖο (dei sc. in aurum conversi). XII. 66. γραμίματα φοινίσσονται σοφῶς κεχαραγμένα μίλτῃ (litteras minio consignatas rubente). XLVII. 153. εἶχε χιτῶνα αίματι φοινίσσονται. XXXVIII. 296. Sol Phaethontis πόδα φοινίσσονται διεσφῆκωσε πεδίλῃ.

ἠήως. Apud Homerum in Odyssea quidem ῥοῖος: in hymn. Merc., sed loco subditio, ἠήως. ἠήως nusquam reperitur, at Ἐωςφόρος ἀστήρ II. XXIII. 226. quem ἠήων dicit Apoll. I. 1275. ῥοῖος nec apud Nonnum neque apud Apollonium legitur. Nam Apoll. II. 745. pro ῥοῖον pridem repositum est ἠήων. ib. 686. εἰῶν Ἀπόλλωνος, ut v. 700 legendum. Nonno ἠήως et εἰῶς frequentatur; significat autem aliis locis matutinus vel mane, aliis ad orientem vergens.

XXVI. 185. εἰῶς ἀρδμὸς ἐέροσης ῥοῖον matutinum dicit, itemque XL. 389. ἠήων ἀρδμ. ἐέρο. XXVI. 202. ἢ τάχα φαίτης μελοπομένου κατρηῶς εἰῶν ὕμνον ἀκούων ..... ὄφθριον ἀηθόνια κῶμον ὑφαίνειν. (Indicae cuiusdam avis cantum matutinum cum dulcibus luscinae querelis comparat). III. 61. ἠῶ δ' ἐκλαγεν ὄρνις εἰῶς. conf. Soph. El. 18. εἶπα κινεῖ φδέγματ' ὄρνιθων ἠλίου σέλας. XVIII. 168. Βάκχος εἰῶς (mane) ἄνδρον εὐνής. XIV. 295. ἠήων εἶβη θεὸς εἰς ἐνοπήν. XIII. 325. ἴκανεν εἰῶν εἰς (ita Koechly proleg. ad Quint. Smyrn. p. 70 scribi iubet pro ἐς) μύθον. XLII. 165. καὶ θεὸς ἡμῶν ἐπ' ἡμῶν εἶσω ..... ὕλης, δεῖλος, εἰς μέσον ἡμῶν, εἰῶς, ἐσπερος ἔρωτων cet. eod. libr. 293. εἰῶς εἰς σε βοήσω. Simili modo Maneth. V. 49. ἠήως opponitur νυκτερίνῃ. XXXVIII. 389. ἢ πέλεν ἀεὶ σύνδρομος ἢ προκέλευθος εἰῶς, ἐσπερος δὲ ἠελίου δύνοτος, ὀπίστερα φέγγεα πέμπει. Mercurii stella sc. Cunaeus p. 84 et 156 miram Nonni inconsiderantiam reprehendit, qui cum IV. 82 et paullo supra 137 Veneris stellam Luciferum et Hesperum esse dixisset, hoc loco stellam Mercurii diceret. Incredibilis sane ea foret oblivio et socordia. Non credo. Etenim quae hoc loco de cursu huius pla-



netae commemorantur, eadem cadunt in Mercurii stellam. Cic. de Nat. Deor. II. 20; infra hanc autem stella Mercurii est: ea Στίλβωνι appellatur a Graecis: quae anno fere vertente signiferum lustrat orbem neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Sed videant mathematici, quorum sententiis Nonnus aut absolutus aut damnatus discedet.

ἔμπυρον εἶν δέμας. ἔμπ. apud Nonnum ardens significat. XXXVI. 121. αἴγλη Solis ἔμπυρος. I. 473 et ipso libro v. 192. Ἡελίου ἔμπυρον ἄρμα. XXXVI. 3. ἔμπυρον ὑδατοεὶς προκαλίξω Κυανοχαίτης Ἡέλιον (Leonid. Tarent. Epigr. XLIX. 2. ἔμπυρος Ἡέλιος). XLVII. 254. ἄστρον. sc. κυνός. (Arat. Phaen. 595. πόδες Κυνός αἰθόμενοι.) XXIII. 314. αἶξ (signum caeleste). Conf. Maneth. apotelesm. IV. 26. Λέοντος οἶκος ἔμπυρος. XXXIII. 127. ἔμπυρος Ὀλύμπιον ἄστρον Ὠρέωνος. Vd. Arat. Phaen. 588 et schol. ad h. I. XXXVIII. 232. ἔμπ. Ἄρης (Martis stella). XXIX. 206. γένους equorum, quibus Cabirorum currus iunctus erat. ibid. 204. Ἰστοβοεὺς, aratri, sc. quo tauri Aetiae Iasoni iungendi erant. (at conf. Apollon. Arg. III. 1292 et 1317.) XXXVIII. 39. ἔμπυρον ἄλμα κερραυνοῦ. XLVII. 614. καὶ εἰ λάχες ἔμπυρον αἰχμήν (i. e. fulmen). XXXIII. 404. ἄκμων (Vulcani). XXXI. 566. ἐσχαρασὼν Ὀλύμπιος, eiusdem dei officina. XXIII. 270. κάπνος (i. e. calidissimus). VI. 228. ἔμπυρον ἔλκος ἀρούρης, terram fulmine adustam dicit. — Dein, ut amor ardens dicitur, ita arma Cupidinis et ipsa ardentia vocantur. XLII. 13. ἔμπυρα βέλεμνα. XXXIII. 131. Ἔρωσ ἔμπυρον ἄμμα φαρέτρης καλλιείφας. Mel. Epigr. XXVIII. 3. οἶδα καὶ ἔμπυρα τόξα et Epigr. XCI. κυρύσσω τὸν Ἔρωτα, τὸν ἄγροισιν. .... εἶσι δ' ὁ παῖς περόεις νῶτα, φαρετροφόρος. XLV. 213. Alpus Gigas a Baccho occisus in mare proiicitur: ἔμπυρον ὑδατοεὶς καταφύχων δέμας ὀλκῆ.

Vi adverbii positum est ἔμπυρα. VI. 216. Ἐρυθραίοιο δὲ κόλπου ἔμπυρα κυμαίνοντος Ἄραψ θερμαίνεται Νηρεΐς (quippe enim Iupiter Zagreum ulciscens omnia fulminum iactu incendit).

εἰς sexcentis locis apud Nonnum legitur, sed praeter unum locum, quem Lehrsus quaest. epic. p. 260 protulit (V. 496), nusquam pro σφέτερος positum reperitur. de qua pronominum commutatione vid. Ruhnken. Epist. Crit. II. 265. Jacobs. Anthol. Palat. p. 190. Verum quod Lehrsus V. 495. ἀγρευτῆροι σοοὺς ἐχάραξαν ὀδόντας coniecit, id amplecti cohibent ea, quae leguntur XLIV. 290. οὐ κύνες ἀγρευτῆρας εἶου ἐνόησε φονῆας. adde XXXII. 116, XVI. 105. nec vero σοοὺς placet dentibus additum, quamquam idem epitheton ἄστροι (XXXVI. 235, XLV. 200), δοροὶ (XXII. 264), τόξοις (XXVII. 143), γλωχῆνι (XVII. 365), adiectum est. Altera autem eiusdem viri doctissimi coniectura ἀγρότεροι σφετέρους paullo audacior mihi videtur. Arminius Koechly suspicatus est, post ἀγρευτῆρας quaedam excidisse. At res iam enarrata est supra. hic igitur brevitati consulendum erat. Fortasse καὶ κύνες ἀγρευτῆρες ὁμῶς ἐχάραξαν ὀδόντας. Ovid. Met. III. 236: cetera turba coit confertque in corpore dentes. atque supra v. 329. νεβροφόνων ἐχάραξαν ὁμόζυγον ἐσμίον ὀδόντων. Plura de hoc pronomine alias: nunc satis erit monuisse, non raro illud apud Nonnum positum esse, ubi non desideraveris, multis etiam locis significandae necessitudini vel caritati servire.

δέμας. De propria vi huius vocis atque de etymo nihil dicam; sunt enim haec omnia notissima. M. Ev. Ioh. B. 108. τότε μοῦνον ἀνεμνήσαντο μαθηταί, ὅτι ὁμίον δέ-

μας εἶπεν. de quo loco vide Merrick. ad Tryph. v. 19. Differt a voce μορφή II. 381. μισο-  
 ναμένου δὲ γίγαντος ἔην (cur Graefius εἴη scriptum maluerit, non intelligo) πολυδαιράδι  
 — Gigas enim altitudine corporis montium cacumina exsuperavit — μορφή ἔν δέμας,  
 ἀλλὰ φάλαγγες ἀπέστροντες cet. Itaque Typhonis forma ea erat, ut cum corpus quidem eius  
 unum esset, multae ex eo phalanges emitti viderentur. (conf. de hoc monstro Apollod.  
 I. 6, 3.) XLII. 242. Proteus δέμας ἀλλοπρόσαλλον ἔχων σκιοειδέϊ μορφή cet. i. e. Pro-  
 teus se in varias corporum formas umbrae similes mutat. conf. Hom. Odys. IV. 417  
 et 457 sqq. Ovid. Metam. I. 1. In nova fert animus mutatas dicere formas corpora.  
 Ab homerico huius vocabuli usu Nonnianus eo differt, quod apud Homerum — nam  
 Batrachomyomachiae ratio habenda est nulla — nusquam δέμας cadaver significat,  
 Nonnus autem plerumque quidem δέμας de vivo, sed aliquot locis etiam de exanimi  
 corpore dixit; deinde Homerus solum huius vocis accusativum posuit, Nonnus etiam  
 nominativum. Locutione δέμας πυρός prorsus abstinuit Nonnus nec usquam apud eum  
 δέμας eam vim tenet, quae latino instar comparari possit. Tragicorum autem, im-  
 primis Euripidis auctoritatem secutus multis locis Nonnus δέμας ita ponit, ut circum-  
 locutioni serviat.

Primum igitur corpus idque vivum significat. XXXV. 193. ἀνέρος οὐ-δέμας ἄλμη  
 οὐ χοιρὴν μετάρμευσεν. XI. 341. πόδαλις εἰ πρήμιζε τεὸν δέμας. M. Ev. Ioh. Φ. 43.  
 γυμνὸν γὰρ δέμας εἶχε (i. e. nudus erat). VII. 216. γυμνὸν ..... δέμας διεμέτροε  
 κουρης ib. 219. δοκεύειν ..... ὄλον δέμας ἠδελε νύμφης. conf. M. Ev. Ioh. N. 44. ib.  
 47. Γ. 26. καθαροῖς δέμας λουτροῖσι καθαίρονι. Λ. 226. ἀνέβαινον ἐς ἔδρανον Ἰρο-  
 σολύμων ὄφρα προφοβήσσωσι δέμας ζαθέοισι καθαρμοῖς. E. 172. ἐμὸν δέμας εἰλαπι-  
 νάζων ib. 5. ὑνόμενος βαρύνουσον ..... δέμας ἀνδρῶν. Σ. 117. Σίμων ψυχρὸν ἐπ' ἀν-  
 δρακόντι δέμας δερμαίνετο πυροῦ XXVI. 34. οὐ θνητὸν ἔχεις δέμας. VII. 184. κείδι  
 δέμας φαίδρυνε. conf. ib. 241; XLI. 307. καὶ θεός — πυκάσσα δέμας χιονώδει πέ-  
 πλω qui locus ad imitationem Homeri (II. XVIII. 380 sqq.) comparatus est. XXXII.  
 36. καὶ δέμας ἀσκήσσα (i. e. exornato corpore. conf. Wernick. ad Tryph. 454).  
 XXVI. 4. Ἀθήνη δέμας ἀλλάξασα μετάρτροπον ἴσον Ὀρόντη γαμβρὸν μιμήσατο Δηρια-  
 δῆος (multo brevius in hoc genere Homerus, velut Odys. II. 400. Μέντορι εἰδομένη  
 ἤμην δέμας ἠδὲ καὶ αὐδῆν. Tryphiodor. III. δέμας κήρυκος ἐλοῦσα ..... Ἀθήνη.)  
 XIV. 145. (loquitur poeta de Centauris) οἷς πόρεν Ἥρη ἄλλοφυές δέμας ἄλλο κερα-  
 φόρον. XXXIII. 304. τοῖον (qualis sc. Satyrorum est) ἔχει εἰδῆλω καὶ ἐγὼ δέμας.  
 XLVIII. 362. δέρεο, πῶς μεδέπω βριαρὸν δέμας. (de epitheto conf. Tryphiod. v. 19.)  
 XLVIII. 355. ἀλλὰ δέμας (formam) μεδέπουσα ποθοβλήτοιο Σεαίνης (Veneris) καὶ  
 σὺ (Diana sc.) γάμων βασίλευς σὺν ἀβροκόμῳ Κυθερείῃ. XXV. 506. δέμας Δαμιαση-  
 γός ἱμάσσων. XXVII. 210. κρείσσονι ..... δέμας Σώρηκι καλλιπτῶν. XXIX. 321. μη-  
 κύνων ταναῖον δέμας. XXV. 405. δράκων (signum caeleste) ἀπ' ἀνασειράζων δέμας  
 αἰόλου (conf. Tryph. 247). V. 495. νεβροῦ δέμας αἰόλου. XLV. 85. ἀλλὰ Διὸς γε-  
 νετήρος ἔχει δέμας ἢ χιτῶνας; Graefius pro ἢ reposuit ἠδὲ. At Lehrsus ad M. Ev.  
 Ioh. B. 21. recte animadvertit (quaest. epic. p. 268), nusquam apud Nonnum ἠδὲ legi.  
 VIII. I. pro ἠδὲ μελάδρω iam Moser reposuit ἐν δὲ μελ. eumque secutus est Graefius.  
 Hoc quoque loco ἠδὲ servandum. Est enim obiectio, quam subsequitur refutatio.



Quid, inquit, num illi (Baccho sc.) Iovis patris forma aut vestis est? Non est; namque Jupiter non pelles cervinas, sed aureum peplum gestat.

Circumlocutioni servit δέμας XLVIII. 635. Ἴππος σκιεραῖς πτερυγέσσι περισφίγγων δέμας Αὔρης. XXVII. 240. Μάρων κεκόρυστο ἡμερίδων ὄρηκι διασχίζων δέμας Ἰνδῶν μαφριαμένων. XXXVI. 450. Πάν ποτε Σηγαλέοις ὀνύχεσσι διατμήξει δέμας Ἰνδῶν; M. Ev. Ioh. A. 120. ὅστις ἐμὲ προέηκε παλαγγενέων δέμας ἀνδρῶν βαπτίζειν ἀπύροισι ..... λοετροῖς. XXXI. 201. δέμας λεαίνης. 341. πορδαλίων. XII. 12. Ἴππων (de quo loco vid. Hom. II. X. 572). adde XXXVII. 380. κέντρον σῶν ὀρόων ἄκτιον δέμας κεχαραγμένον Ἴππων. XXXVIII. 187. ἀμφαφῶν δέμας. His igitur locis omnibus δέμας est accusativus: nominativus autem XXXVI. 174. καὶ σκολιαῖς ἐλίκεσσιν ἐμτρούση δέμας Ἰνδῶν.

De exanimis corporibus M. Ev. Ioh. A. 159. νεκροῦ (Lazari) ἀπνοον ἐφύχως δέμας ..... ἤχῳ (vox sc. Christi). E. 79 sqq. ὡσπερ γὰρ γενέτης νέκυας μετὰ πότμον ἐγείρει, ζωογήσας παλίνορσον ἀκινήτων δέμας ἀνδρῶν. XLVI. 316. ἀκάρηνον σὸν (Penthe sc.) δέμας ἐνεκρύψασα κοινή. XI. 223. νεκροῦ ..... δέμας φοινίσσεται λύδρω. ib. 245. aliis locis permultis.

Deinde est signum, statua XLVIII. 693. ἀβρόν δέμας μιάστιζε Σεαίνης. XXX. 199. καὶ βρέτας εὐποίητον ἐμιάστιε ..... ἔνυρσῳ, χάλκεον ..... δέμας πλήσσοισα κορύμβῳ. Denique, quod legitur XVI. 361. τίπτει μοι οὐ φυγόδεμνος ὄλον δέμας ἐννεπε Ἠχῶ, Cunaeo et Scaligero suspectum erat, quorum alter (animadv. p. 123) δόλον coniecit, alter δέλας (ἂν δέλος?: nam δέλος est esca. Opp. Halient. III. 437. δελέσσιν. at cod. Mosq. δελέσσιν: quod Schneidero placuit). Equidem Nonnum puto similitudine soni oblectatum φυγόδεμνος ὄλον δέμας scripsisse: quod si ita est, ἐννεπε non cum δέμας, sed, ut ἐψυθύριζε et ἐφσέγγατο, cum verbis, quae subsequuntur, παρθενηκή, πεφύλαξο ..... ὕδρω, iungendum erit: fortasse ὄλον δέμας φυγόδεμνος dixit, quia Echo nihil de corpore praeter vocem retinuit. Est enim ἀσηήτος (conf. Auson. Epigr. 71).

Λούων. Apud Nonnum huius verbi hae formae inveniuntur: λούσω et λοέσω, ἔλουσα vel λούσα, λούσεις, λούεται, λούετο vel ἐλούετο, ἐλούσατο et λοέσσατο, λούεο, λούομενος, λουσάμενος, λελουμένος. Significat λούειν lavare, λούεσθαι se lavare aut lavari, plerumque aqua, tum aliis quoque rebus, quae effundi vel circumfundi possint. Est autem aut nude positum, velut XXXV. 195. χρῶα (corpus) λούσειν. M. Ev. Ioh. N. 45. οὐ χατέει νεαροῦ λελουμένος (quia iam lotus est) ὕδατος ἀνήρ. XXXIII. 114. λελουμένοι ἄμιον αἰείρων. XXXV. 192. λουσάμενος ἀνέβαινε πάλιν μέλας. XXXVII. 120. λουομένην (cum se lavaret) ζώγρησε. adde infra. 122. VII. 181, X. 173. aut additum est nomen liquoris, in quo quis lavatur, idque positum aut in dativo sine praepositione, velut XXVII. 35. δέμας λούσεις ῥεέθροις. XXXV. 167. λούεο θαλάσση. I. 286. (diluvii tempore) ὄρηις ἐλούσατο γείτονι πόντῳ. XV. 248. λοέσσατο χεύματι πηγῆς. XXIII. 294. ἐμιαῖς προχοῆσι λοέσω ἀξονος ἄκρα κάρηνα. XI. 386. χεύμασιν ἀντολοκοῖτο λελουμένος (Ἡέλιος) Ὀκεανοῖο. XXXIII. 308. φαέθων ὕδασι παπφοῖσι λελουμένος Ὀκεανοῖο. conf. XLIII. 169, XXXV. 121, XLIII. 186. Ὀκεανῶ λούετο ἄμαξα (signum coeleste); aut in dativo, sed adiecta praepositione ἐν, velut V. 484. κασαροῖσιν ἐν ὕδασι λούετο. Tum, ut apud Homerum (II. V. 6, XV. 265) genitivus adiunctus est, velut XXXVIII. 409. κυκλάδες ἄρκτοι ἄβροχον ἔχου (antea scil. metuentes Oceani

aequore tingi) ἔλουσαν ἀήθεος Ἄκεαινοιο. XXV. 189. Φαέθων λούεται Ἄκεαινοιο. Prae-positio ἐκ addita legitur XI. 39. ὄφρα σε Πακτωλοῖο λελουμένον ἐκ ποταμοῖο φαιδύ-νομι καὶ ἀργυρέοισι ῥεέθροισι. Callimachus, alii scriptores ἀπό dixerunt, Himer. orat 21 ἐκ (vide Henr. Steph. thes. gr. l. s. h. v.): sed conf. Hom. Odys. VI. 224. αὐτὰρ ὁ ἐκ ποταμοῦ χροά νίζετο ..... ἄλμη. De aquis coelestibus II. 490, ubi fulminis causam poeta exponit, ἀστεροπὴν γὰρ ἀναδρώσκουσιν ἐρύκει ὀμβροπῆ ῥαδάμυγι λελου-μένος ἰκμῖος ἀτῆρ, πυκνῶσας νέφος ὑγρὸν ὑπέτερον. Est autem λούεσθαι etiam per- fundi, conspergi, velut XXVII. 7. (matutino tempore) ἐλούετο καρπὸς ἔρροισι. III. 15. εἰλαριναῖς ἐγέλασσε λελουμένον ἄνδρας ἔρροισι. XXVII. 27. αὐτομάτου δὲ χυθέντος ἐπ' ἀκρομόνεσσιν ἐλαίου (vid. Graef. in corrigendis) ἐκμάσιν ἀσπιβέεσσιν ἐλούετο (quod Graefius pro ἐλούσατο reposuit) δένδρον Ἀθήνης. (Conf. Philipp. Thessal. Epigr. 64 3. λουσαμένη Βρομίῃ δ' ἔστην πάλιν. ad quem loc. vid. annot. Iacobs.) XXXII. 238. δαΐζομένων δὲ σιδήρῳ, ἐχθρῶ δειράς ἀρούρα δελήμονι λούετο λυθρῳ. hoc quoque loco λούετο Graefius dedit: vulgata est λούσατο, quod hic quidem non adeo displicet. pro ἐχθρῶ mavult idem vir doctus ἐχθρῶν: quae mutatio certe non est necessaria. XV. 350. τὸν βέλος ἐμῶ λελουμένον εἰσέτι λυθρῳ (sanguine). Callim. Hymn. in Del. v. 95. αἷματι λούσων τόξον ἐμῶν. Conf. Iacobs. Anth. Palat. ἐπιτυμβ. p. 331. No. 443. XLVIII. 431. Αἰὼν δάκρυσιν οὐ λίσσον εἶδε λελουμένον. XLVII. 217. αὐτοχύτοις δὲ δάκρυσιν ἀνείσοι λελουμένον εἶχε χιτῶνα. (conf. Epigr. ἀδεσπ. 24. λάβε τοῦτον τὸν στέφανον, τὸν ἐμοῖς δάκρυσιν λουόμενον et Iacobs. ad h. l.) XI. 34. αἶδε καὶ ἐνθάδε, κοῦρε, πέλεν ῥόος Ἡριδανοῖο, Ἠλιάδων ὄψε δάκρυ ... ὄφρα κεν ἄμφω καὶ χροσῶ γαῖα καὶ ἠλέκτροισι λοέσσω. (de ἄμφω vide Brunck. ad Apollon. Rhod. I. 1169). Denique VIII. 406. βρέφος (Βάαχον sc.) οὐρανίῳ πυρὶ γυῖα λελουμένον ib. 413. Semele κα-θαρῶ λούσασα δέμας ..... πυρσῶ. M. Ev. Ioh. P. 62. πνευματικῶ πυρὶ γυῖα λελου- μένοι. Evangelista Christum facit dicentem, se mortem pro suis subiturum, ut et ipsi pro veritate mori ne recusent. Nonnum cum dixisset καθαροὶ τελέσειεν ἀληθείης ἀγιασμῶ, non dubitavit addere γυῖα λελουμένοι πυρὶ πνευματικῶ; (conf. A. 120 et 125).

ἀγγικέλευθος, vox frequens apud Nonnum, est propinquus, vicinus. M. Ev. Ioh. K. 42. λύκον ἀγγικέλευθον ἰδών. XXXVII. 628. ἐσσύμενος δὲ δεύτερος ἀγγικέλευθος ὀπίστερος ἦεν Ἐρεχθεύς (Erechtheus in certamine ita instisit Ocythoo, ut ab eo pro- ximus esset (conf. Hom. II. XXIII. 758 sqq.). XI. 58. πῆ δὲ παραίσσων πεφυλαγμένος ὄσσον ἐάσῃ Ἄμπελον ἀγγικέλευθον. XXI. 314. ἀγγικ. στρατός. M. Ev. Ioh. Γ. 105. ἀνὴρ ἀδεμίστια ῥέζων οὐποτε βαινὲ εἰς φάος ἀγγικέλευθος (propius ad lucem accedit). A. 97. Χριστὸν ἐς ἀγγικέλευθον ἀελλόπον εἶχε πορείην. ibid. 187. ὀδίτης. Z. 11. ἔδρακεν ἀγγικέλευθον ἐπήλυδα λαόν ὀδίτην. A. 104. ἀγγικέλευθον ἰόντα ἐπεδείκνυε λαῶν (i. e. cum propius venisset). Dein Δ. 32. πόλις. Z. 63. πόντος. XXXII. 287. Ἰνδός (flumen) XXXIV. 215. πέδον Ἀλύβης, quibus locis omnibus ἀγγικέλ. est vicinus vel propinquus. Adde V. 475. πρέμιον ἐς ἀγγικέλευθον ἀνέδραμιον ἀγνὸν ἐλαίης. XXXVII. 402. Ἀθά-της φεύγων ἀγγικέλευθον ἐπήλυσιν ἐλατῆρος. M. Ev. Ioh. Π. 56. ἐφδέγγοντο μαθη-ταὶ μυθῶν ὑποκλεπτοντες ἕσω φρενός, ἐγγυον αὐδῆς, γλώσσης ἀγγικέλευθον. Adiec- tiva composita ἀκέλευθος, ἀμφικέλευθος, ῥηξικέλευθος apud Nonnum, si recte enota-



verim, non leguntur, nec magis ἵπποκέλευθος aut ἀψηροκέλευθος (ita enim hodie apud Hesiodum Theog. 379 pro λαψηρο. scriptum est): at ἀντικέλευθος i. e. obvius vel adversus, veluti XXVIII. 134. ἀλλὰ μιν ἀντικέλευθος ἀνάσσιος ἐφθασεν ἀνὴρ. XXX. 34. πόλλ' αὖ δ' ἀντικέλευθος ἀνοστήτου Διονύσου (obviam latus in proelio sc. Baccho.), XXXVI. 10. Ἥρης δ' ἀντικέλευθος ..... Ἄρτεμις ἔστη, contra Iunonem in acie stetit Diana. XXXVIII. 248. Μῆνη ἀντικέλευθος Ἥλιος. M. Ev. Ioh. Γ. 52 sqq. ἀγγελοὶν ἐνόησε συνωρίδα, (duos conspexit angelos) τὸν μὲν ἐπ' ἄκρον δεξιῶν ἀντικέλευθον ὑπὲρ Χριστοῦ καρήνου ..... τὸν δὲ ποδῶν παρὰ πῆξαν. i. e. alterum dextra ex adverso ad summum verticem Christi, alterum ad imos pedes. VI. 242. δόχμιος ἀντικέλευθον ὀπιπέυων Ἀφροδίτην. M. Ev. Ioh. Γ. 123. Θωμᾶν ἀντικέλευθον ἀμείβετο μάρτυρι μύθῳ. XI. 424. ἀλλὰ μιν ἀντικέλευθος ἀνεστύφειλεν ἀήτης. XLVII. 307. ἀντικέλευθον ἀήτην πέμψεν. VI. 115. καὶ κτύπον ἀντικέλευθον ἐπιβρομέοντος ἀπήνη θηρονόμῳ μάλιστα κατεργάζεσθε Βορῆος. XXIII. 35. καὶ τὸ μὲν (δόφου sc.) αἰχμάζεσκεν ἐς ἥϊνας ὑψόσε πέμπων, Αἰακὸν ἀντικέλευθον ἔχων σκοπόν (i. e. Aecum ex adverso pugnantem telo petens). II. 459. ἀλλ' ὁ μὲν ἀντικέλευθον ἀλεύατο ..... αἰχμήν. XXII. 310. δόχμιος ἀντικέλευθον ἀνακρούσας γένυιν ἵππου, ubi ad γένυιν translatum, quod equi esset. XXVI. 364. ἄμφω δ' ἀντικέλευθον (ex adverso) ἴσην μεδέουσι πορεύειν. XLIII. 281. ἄλλη δ' ἀντικέλευθον ἀλίδρομον εἶχε πορεύειν (Graefius suspicatur, pro ἄλλη legendum esse Βάκχη aut nonnulla excidisse; hoc mihi certe probabilius est, quam alterum: nam etiam hoc loco de Nympha, non de Baccha loqui poetam, mihi persuasum est.)

Iam vero idem epitheton ad res immotas transtulit Nonnus, quibus locis aut pro ἀντίος, ἐναντίος vel ἀντιπεραῖος positum est. Quem usum huius vocis graviter reprehendit Cunaeus (animadv. p.47): eam enim esse huius adiectivi vim, ut nisi significaretur, rem aliquam contrarium iter insistere sive in diversa tendere, illud omnino poni non posset. Verum ut latine res ex adverso collocatae, velut montes, arbores, alia id genus, quae sunt in eodem fixa vestigio, obvia dicuntur, ita ἀντικέλευθος Nonno ponitur pro ἀντίος vel ἀντιπεραῖος nec, quod illis dicere licuit, Nonno vitio vertendum est, dummodo quae latini, eadem graeci vocabuli explicandi ratio obtineatur. II. 658. καρκίνον (signum coeleste) ἀντικέλευθον .... αἰγοκερῆος (ex adverso oppositum capricorno). XII. 314. πίτυν ἀντικέλευθον ἔλαξ ἔσπεψεν ὀπωπῆς. i. e. pinum obviam i. e. e regione positam. III. 39. εἰς Σάμον, ἀντικέλευθον ἐγερομιόμοιο Καμάνθρου (Vulg. Σκαμάνθρου: quae varietas scripturae eadem est XXII. 386, XXIII. 222.) III. 190. Δάρθανος ἀντικέλευθον ἐνάσασατο πῆξαν ἀρούρης, de finibus Dardaniae loquitur, qui erant ex adverso Samothraciae (vid. Cun. ad h. l.). M. Ev. Ioh. Ζ. 93. γαῖαν ἐς ἀντικέλευθον (quae e regione erat) ναυτίλλοντο μαθηταί. VIII. 191. καὶ ἀρτιγάμῳ παρὰ παστῶ τοίχον ἐς ἀντικέλευθον (i. e. ἐνώπιον) ἦν ἔκλεινεν ὀπωπῆν. M. Ev. Ioh. Δ. 163. πάντες ἐς πόλιν ἀντικέλευθον ἀείγατε κύκλον ὀπωπῆς. IX. 32. καὶ πάς ἀντικέλευθον ἐς οὐρανὸν ὄμμα τιταίνων. VI. 217. καὶ δύσιν ἀντικέλευθον ἐξ πηρήνης κεραυνῶ. II. 302. υἱάσι δ' ἀντικέλευθον ἔχων τύπον Ἰφιμεδείης κούφῳ ἀλυκτοπέδησι περίπλοκον υἱέα Μαίης, χαλκῆν ἐν κροάμῳ πεφυλαγμένον. De filiis Iphimediæ, qui Martem in custodiam coniecerunt, omnia nota (conf. Apoll. I. 7, 1; Hom. II. V. 385; Odyss. XI. 301 sqq.): hoc loco Typhon gloriabundus, ut Iphimediæ filii, inquit, Martem quondam in car-

cerem coniecerunt, ita ego Mercurium in vincula coniiciam. Cunaeus (animadv. p. 23): admirabilem hunc esse Nonnismum ait. Poetam enim intelligi voluisse, Typhonem simile Iphimediae filii facinus ausurum. Similem autem rem ἀντικέλευσον ei, cuius similis sit, dici non posse. Haec Cunaeus. At quae verba apud Nonnum subsequuntur, ὄφρα τις εἴπῃ, λύσας δεσμῶν Ἄρης, ἐκείνητο δέσμιος Ἑρμῆς satis declarant, cur Nonnus ἀντικέλευσον τύπον dixerit. Otus enim et Ephialtes Martem vinxerunt: tale quid facturum sese esse Typhon iactat: erat autem eundem, qui Martem vinculis liberarat, in vincula coniecturus: haec est in eiusdem rei similitudine dissimilitudo. Est τύπος ἀντικέλευσος genus quoddam oxymori, quo Nonnus videtur delectatus esse. Nec magis Cunaeo probatur τύπος. Profecto male, inquit, ei procedit, quoties evangelia compilat (frequentius tamen ea quidem significatione, quam hoc loco tenet, vocabulum τύπος est in epistolis, imprimis Pauli apostoli, quam in evangeliiis): semper enim eum novo aliquo infortunio mactat usurpatus τύπος. Magnae prudentiae fuisset in isto scribendi genere haec sacra non violasse. Sit istuc quidem, hoc autem loco vitium aut sustulisse aut certe levasse mihi videor, de ceteris locis alias videamus. Iam vero non alienum erit, ordine recensere reliqua adiectiva ex voce κέλευσος composita, quae apud Nonnum reperiuntur. Ac primum quidem est αὐτοκέλευσος i. e. ipse per se vel sua sponte iter faciens. M. Ev. Ioh. A. 161. ἀπύου ἀνδρα (Lazarum vita defunctum) κάλεσσε (Christus) καὶ ἔτρεχε νεκρὸς ὁδίτης στείχων αὐτοκέλευσος ὁμοπλέκτη (δεδεμένος τοὺς πόδας dixit Evangelista) χῶνα τασιῶ. XL. 528. αἰετὸν αὐτοκέλευσον ἐδατρεύσαντο μαχαίρῃ Ζηνὶ καὶ Ἰγρομέδοντι: paullo supra dixerat: τοῖσι δὲ μαχομένοισιν αἰετὸς ἠερόφοιτος ἐκούσιον εἰς μῦρον ἔστη, aquila sua sponte se iis obtulit immolandam. eod. libr. 520. εἰσόκε χῶρον ἐκείνον ἐσέδρακον, ἤχι θυέλλαις εἰς πλόον αὐτοκέλευσον ἐναυτίλλοντο κολῶναι (erant enim πλωταί ut quondam Delus insula). VI. 369. καὶ στόλος αὐτοκέλευσος ἀτέρμιος ἄμιμος ὄρμου λάφνακος (Deucalionis) αὐτοπόροιο κατέγραφε δύσνηφον ὕδωρ. Ovid. Met. I. 318. Hic (in monte Parnaso) ubi Deucalion (nam cetera texerat aequor) cum consorte tori parva rate vectus adhaesit Nonniani loci sententia haec est: Deucalionis navis ultro mare transiliens sua sponte cursum tenuit nec ullam nacta stationem aquam imbribus auctam secuit. In his verbis me offendit αὐτοκέλευσος subsequente αὐτοπόροιο: quae nimia est copia verborum: fortasse αὐτοκέλευστος legendum est. haec enim vox est frequens apud Nonnum. conf. II. 12, III. 163, VI. 105, VIII. 19, 70, 173, IX. 241, XIV. 265, XV. 215, 330, XL. 188, XLIII. 16., XLVIII. 853, M. Ev. Ioh. Γ. 107, E. 54, H. 107, K. 64, Π. 40, 102, T. 80. Deinde haesi in epitheto ἀτέρμιος, quod neque aliis locis, neque iis, quibus χεῖρ Διός (II. 465) et eiusdem ὀπωπῆς κύκλος vel ὀφθαλμὸς (VII. 191, 219) et Φάνητος μορφή (XI. 140) et μῦθος (XXXIII. 115) ἀτέρμων dicitur, ullam habet intelligendi difficultatem. At quid hoc loco est non particeps immensae vel infinitae stationis? num poeta dicit navem non nactam esse stationem, quippe quae infinita esset, cum mare et tellus nullum discrimen haberent, an portum intelligi voluit πολυβενθέα? Conf. Matth. ad Eurip. Hecub. v. 907. Sed videant alii: mihi non planum est. De κατέγραφε vid. Northm. ad Tryphiod. v. 669. de δύσνηφον Bachm. ad Lycophron. Alexandra v. 876. Nicarch. XII. 2. ἤνικα Δευκαλίων ἀπλετον εἶδεν



ὄδω. Adde III. 210, XIII. 533. At II. 684, XL. 288 significat δύσκιφος nivalis, nive oppletus. loquitur enim poeta de monte Tauro. Ceterum αὐτοκέλευθος νηπιός Arethusae Alpheus fluvius dicitur. Conf. XXI. v. 5. Anth. gr. tom. III. p. 146. Tryph. v. 314. φρισίμβροτος ἄτη ἐς πόλιν αὐτοκέλευθος ἐκώμασεν, ubi Wakefield. maluit scriptum αὐτοκέλευστος. at commode hoc ipso loco αὐτοκέλευθος dicitur nec quidquam mutandum est. XXI. 167. Λυκόοργον ἐδήκατο τυφλὸν ἀλήτην ..... πολλακίς αὐτοκέλευθα περιπταῖοντα πεδίλοις. Graefius aut αὐτοκέλευθα adverbii more positum ait esse aut scribendum πέδιλα: hoc haud facile cuiquam probetur: alterum non est, cur displiceat. Conf. Quint. Smyrn. VII. 80. ἀλλὰ πόδεσσι πυκνὰ ποτιπταίει. Vide Koechly ad h. l. et Merrick. ad Tryph. v. 312. — Tertium est διωξικέλευθος. Philod. C. XXVII. I. κέντρα διωξικέλευθα, quod Bernhardy ad Suid. s. v. κημιός explicat stimuli ad cursum incitantes. Nonn. V. 233. πῶς νοεῶ μυκτῆρι ..... Σηρός ἀσημαίντοιο κύων μαντεύεται ὄδμην, ὄρσά διωξικέλευθον ἐπὶ δρόμον οὐάτα τείνων. Vulgata est ὄρσια ὄξυκέλευθον. Rhodom. ὄρσιος ὄξικέλ. Spitzner de vers. heroic. p. 160. coniecit ὄρσια δ' ὄξυκέλ., sed particulae beneficio, quod ille dicit, nihil loci est, nec usquam, quod sciam, ὄξυκέλευθος apud Nonnum legitur. Apparet autem, διωξικέλ. loco supra allato non posse esse ad cursum incitans, sed viam ad investigandam feram persequens vel premens, ut recte Dindorf. interpretatus est. (Vid. H. Steph. Thes. I. gr. s. h. v.) ὄρσά οὐάτα ..... τείνων. conf. Callim. h. in Del. v. 230 sqq. et Ruhnck. Epist. crit. II. pag. 246. Quartum est ἰδυκέλευθος i. e. recta via incedens sive rectam viam tenens, velut XV. 364, XXIX. 75, 308. βέλος. XVII. 109. οὐδ' ἐπὶ νευρῇ εἰς σκοπὸν ἰδυκέλευθον ὑπνέμιον βέλος ἔλακον. ἰδυκέλ., ut nemo non videt, cum βέλος iungendum est: quod ipsum recte monet Graefius ad XXXVII. v. 724, ubi Cunaeus (animadv. p. 155) pro ἰστοῦ iussit scribi ἰοῦ. Verba sunt haecce: τοῖον ἔπος βοῶντος ἐχεκτεάνοιο Λυαίου, εὐχαίτης Ἰμμέναιος ἐκηβόλος εἰς μέσον ἔσθη ..... καὶ σκοπὸν ἰδυκέλευθον ἄγων ἀντίπιον ἰστοῦ, Κνωσσία τόξα φέρων, τετανυσμένα κυκλάδι νευρῇ, Ἀστέριος προσέηκε βέλος ..... Totus locus est ad imitationem Homeri compositus (II. XXIII. 850 sqq.). Itaque Cunaeus coniecit καὶ σκοπὸν ἰδυκέλευθον ἄγων ἀντίπιον ἰοῦ: esse enim genus loquendi e medio atque ex consuetudine vulgi petitum. nam potius dicendum fuisse: τὸν ὄστον ἄγων ἐναντίον τοῦ σκοποῦ. Sed saepe fieri, ut vel malo more vel elegantiae et ioci causa haec sic invertantur. tale illud esse Aristophanis (Equit. v. 359.) ἐν δ' οὐ προσίεται με τῶν πραγμάτων cet. (conf. Wesseling. ad Herod. I. 48). Nihil dicam de hypallage, quamquam locutionis οὐ προσίεται με τι alia ratio est, simillima verbi νοσφίζεσθαι: sed, quod Graefius iam animadvertit, ἰδυκέλ. βέλος est, non σκοπός. Manifestum est, plura hoc loco intercidisse: prius enim, quam de ipso certamine sagittandi poeta narraret, nominandus erat is, qui de palma cum Hymnaeo contendit, Asterius; commemoranda etiam erat sortitio. Praecessisse βέλος, non est ita probabile, sequitur enim v. 725. probabilius autem, id quod Graefius opinatur, scriptum fuisse εἰς σκοπὸν. Verba ἀντίπιον ἰστοῦ vix dubium est quin sana sint. Cetera sunt incerta nec coniectando locus sanari potest. XIX. 145. δίσκον εἰς ἰδυκέλευθον ἀκοντιστῆρας ἐγείρων. XXXIII. 140. ἰδυκέλευθον ἴεν ἤεσι ταρσὸν ἐλίσσωμι. XXXVII. 222. ἄρμα νομεύων εἰς δρόμον ἰδυκέλευθον. M. Ev. Ioh. A. 168. (Lazarus ex morte suscitatus) τυφλὴν ἰδυκέλευθον ἔχων ..... ὄρμη. M. 158. ὄφθαλμοῦς

ἀλάωσεν ἐμῶν ἐπιμάργυρας ἔργων καὶ νόον ἰδυκέλευσον ἐδήκατο τυφλὸν ἀλήτην. i. e. mentem caecavit, ut a veritate ad opinionum errores deflecteret. Quintum epitheton ex voce κέλευσος compositum est ὀπισθοκέλευσος. M. Ev. Ioh. Σ. 70. ὀπισθοκέλευσος ὁμάρτες τηλόδι Σίμων. A. 171. ἀνάξ δέ μιν (Philippum apostolum) εἶπε γενέσθαι πιστὸν εἶον συναέδλον, ὀπισθοκέλευσον ὀδίτην. (Ev. Ioh. ἀκολουθεῖ μοι). N. 150. οὐ δύνασαι ..... ξυγός ὀπισθοκέλευσος ἐμὴν ὁδὸν ἀρτί περιῆσαι. XVIII. 159. ἐμελαίνετο ἀῆρ βαῖον ὀπισθοκέλευσον ἔχων ἔτι λείψανον ἧούς. i. e. haud multum lucis seu diei reliquum erat. Atque hoc loco translate dictum est, ceteris proprie. Est enim ὀπισθοκέλευσος idem fere, quod ὀπηδός seu qui pone sequitur, pedissequus, assecla. Sextum est ὀψικέλευσος idque frequentius in Metaphrasi Ev. Ioh., semel, si recte enotaverim, positum in Dionysiaticis. M. Ev. Ioh. A. 60. ἐλθῶν ὀψικέλευσος (i. e. sero vel, ut poetae loquuntur, serus venit) ἀνάξ ἐς κώμη. E. 55. Ἰησοῦς (virum illum debilem, quem sanaverat) ὀψικέλευσον ὀδίτην νοσοκόμου κλυτῆρος ἀήθεια δῆκε φορηά (i. e. sero — nam per duodequadraginta annos debilis fuerat — copiam libere incedendi nactus iubente Iesu fecit, quod ante nunquam fecerat, ut lectulum humeris impositum auferret). XXXVII. 378. φαῦνος προσέοντας ὅλους ἐλατήρας ἐάσας νόστιμος ὀψικέλευσος ἐλεύσεται (i. e. post alios omnes) ἄρματα σύρων. M. Ev. Ioh. Π. 18. νῦν δὲ τοκῆ ἴξομαι ὀψικέλευσος εἰς αἰδέρα, γαῖαν ἐάσας. conf. E. 114. Vocem ὀψικέλ. ipse adiecit Nonnus haud scio an imprudenter. Septimum est προκέλευσος, satis frequens apud Nonnum et propria vi et translate dictum. Est praevius, antecedens, praecurrens alicui. XXXVII. 243. τοῖσι μὲν ἐκ βαλβίδος ἦν δρόμος, ἐσσυμένων δὲ ὅς μὲν ἦν προκέλευσος (cursu ceteros antevertit): scripturam vulgatam ἦν κέλευσος emendarunt Cant. et Falkenb. Eod. libr. v. 204. ἠνίοχος πολύμητις ἰθύνη, προκέλευσον ὀπιπεύων ἐλατήρα (conf. Hom. XXIII. 399.). Inde eod. libr. v. 281. ὄχον προκέλευσον ἐλαύνων. et v. 627. προκέλευσον ἔχων δρόμον. XXXVIII. 240. οὐ δὲ πορείην καλλείψας ἀτέλεστον, ὀπίστερον οἴμιον ἀμείβω, οὐ δὲ πάλιν προκέλευσον: quem locum recte explicat Graecus: sol enim, inquit, non est πολυκαμπής, ut reliqui planetae; sol neque antecedit neque recedit (vid. Cic. de nat. deor. II. 20). XXXVII. II. τῶν μὲν ἦν προκέλευσος ἔσω ὕλης. XLVIII. 315. ὦν ἧ μὲν ταχύγουνος ἦν προκέλευσος ἀνάσσης. M. Ev. Ioh. A. 22. Iohannes φάεος προκέλευσος i. e., ut Tertullianus dicit, antecursor erat Christi. conf. ibid. v. 111. ἦλθον προκέλευσος ἀκηρύκτοιο πορείης. XVIII. 65. εἰς δόμον ὠκυπέδιλος ἔβη, προκέλευσος ὀδίτης cet. i. e. ante ceteros domum intravit. adde XI. 419, XL. 265. Σάτυρος ἔχων προκέλευσον τίγριν i. e. ante se tigrim agens. XXXVIII. 388. Mercurius planetes ἄρματος οὐρανίου παράτροπος, ᾧ πέλει ἀεὶ σύγγρομος ἢ προκέλευσος. VII. 299. τεὸν προκέλευσον Ἐωσφόρον εἰς δύσαν ἔλκων. M. Ev. Ioh. K. 14. pastor εἰς νομὸν ἐρχομένων ὄων προκέλευσος ὀδεύει. V. 267. Aristaeus gregem ante palantem errantemque μιῇ ξύνωσε κελεύσῳ, αἶγα λαβὼν (id enim necessario reponendum erat pro vulgata βαλῶν) προκέλευσον πορείης. XXXVIII. 289. Φωσφόρος ἵπποσύνης προκέλευσος i. e. currum solis antecedens. eod. libr. 179. ἀστέρα (ex floribus factum) δῆκεν (Phaethon puer) ἔης προκέλευσον ἀπῆρης. (erat nimirum hic lusus puerilis futurarum rerum quasi augurium). XXII. 341. σπινθίρον ὅς μὲν ἦν προκέλευσος, ὃ δὲ σχεδόν, ἄλλος cet. XVIII. 236. Κρόνος ..... Τιτήνω προκέλευσος ..... ἐμάργατο σεῖο τοκῆ i. e. princeps Titanum. XXII. 231. στρατιῆς προκέλευσος Μυγδονίη μάργαρε ..... φλόξ i. e. fulsit ante exercitum.



XXXIV. 124. ὑσμίνης προκέλευθος ..... ἀνθορον ἦώς i. e. illuxit dies, quo eodem die pugnaturi erant. Adde XXXVIII. 138. ἀστὴρ συζυγίης προκέλευθος Ἑωσφόρος. XLIII. 170. ἀστὴρ Μαίρης ληναίης προκέλευθος ἀκοιμήτοιο χορείης, Σείριος ἀμπελόεια. Sirius cur ληναίης χορ. προκελ. et ἀμπελόεια dicatur, videre licet, si Hom. II. XXII. 27. compares. VII. 287. ἀλλὰ σὺ (Νύξ sc.) δαλὸν αἶψα Διὸς προκέλευθον ἐρώτων. XLII. 513. ἀμφὶ δὲ νύμφης ἀμφω ἀεθλεύσοιτε γάμου προκέλευθον ἀγῶνα: certamen, quo Bacchus et Neptunus contendere iussi erant, antequam de coniugio Beroes decerneretur, προκέλευθον dicitur. V. 588. ὄφθαλμὸς προκέλευθος ἐγένετο πομπὸς Ἑρώτων i. e. aspectu puellae ad amorem accensus est. XLII. 43. ὄφθαλμὸν προκέλευθος ἐγένετο πορρωτὸς ἀρχομένων ἐρώτων (conf. XXXVI. 59.) i. e. per oculos solet amor in animum irrepere. Octavum denique est ὑψικέλευθος, per alta loca incedens, alta loca petens vel omnino sublimis. XLIII. 183. καὶ πρόμος ὑψικέλευθος ἑμῆς (Neptuni) τριόδοντος ἀκωκῆς πειρήθη Φαίδων (de quo certamine vid. Pausan. Corinth. cp. I. 6 et cp. IV. 7.) XXIII. 310. Ἴξομα ὑψικέλευθος ἐς οὐρανὸν i. e. sublime ferar in coelum. Epigr. ἀδεσπ. DLXXII. ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης. XXXVIII. 26. Βάκχῳ .. δι' ἡέρος αἰσιος ἐπὶ αἰετός ὑψικέλευθος, ὄφρ' ἡεροῦντα κομίζων θηγαλέοις ὀνύχεσσι cet. (conf. Hom. II. XII. 201 sqq. αἰετός ὑψιπέτης ..... φαινέμεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον cet. et XXII. 308. οἴμησεν δὲ ....., ὅστ' αἰετός ὑψιπέτης, ὅστ' εἶπεν πεδίονδε διὰ νεφέων ἐρεβεννῶν.) XLVII. 658., quo loco poeta narrat, Bacchum certamen inisse cum Perseo talarius instructo: ὑψώσας δ' Ἴόβακχος ἐὼν δέμας, αἰδέοι γείτων ἄπτερος ὑψικέλευθος αἰείετο μείζονι τασσῶ i. e. sublime corpus attollit. XXII. 221. καὶ τις ἐπ' ἀντιβίωσιν ..... εἰς σκοπὸν ὑψικέλευθον ἐπέμπετο λάαα ἀλήτης: quod ad refellendam Cunaei coniecturam σκοπὸν ἰδυκέλευθον (XXXVII. 724.) Graefius monuit, idem hoc loco mihi videtur iure posse dici. σκοπὸς est galea vel caput hostile: qui igitur σκοπὸς sit ὑψικέλευθος? λάαα potius ἀλήτης, qui idem λίθος ἡερόφοιτος dicitur, est ὑψικέλευθος. εἰς σκοπὸν multis locis nude positum est. conf. XXXIII. 93, XV. 245, XXIX. 164, XXVIII. 117, XXXIX. 716, XLV. 205. aliis locis. Ipsum autem hominem, qui petatur, σκοπὸν dici, id apparet, ut alios locos praetermittam, XXIII. 35, ubi ἀντικέλευθος Αἰακός et VII. 197., ubi Ζεὺς πατὴρ dicitur σκοπός, i. e. in quem telum dirigatur. Quod legitur XXXVII. 713. εἰς σκοπὸν ἡερόφοιτον, id non mirum est: quippe enim sagittis petenda erat columba, filo ad malum religata. Restat VI. 377. καὶ χύσεν ὑψικέλευθον ἀπωσαμένη νιφετοῦ γαῖα φάνη παλίνροσος: poeta loquitur de diluvii tempore, quo tempore moles aquarum vel altissimos montes exsuperavit (de qua re lege, sis, Senec. natur. quaest. I. III. cp. 27.)

Redeo ad versum 120. libri XXXVIII. ἐξέδρακεν. Verbi simplicis hae fere formae frequentantur Nonno δέρεται, δέρεσθε, ἐδέρετο, δέρεο, δερόμενος et ἔδρακον, ες, ε: δέδορακα autem, δεδορκώς, δερέσκετο non memini me apud Nonnum legere. Locutionem homericam ὄφθαλμοῖσι δέρεσθαι Nonnus imitatus est, saepe etiam ad similitudinem locutionis ἐν ὄφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι immutavit. Nusquam vero homericum illud ἐπὶ χροῦν δερόμενος apud eum reperitur. Posuit autem δέρεσθαι aut nude, aut iunxit cum accusativo: nonnusquam etiam ad ea transtulit, quae cerni non possunt. Ex copia locorum satis erit enotasse M. Ev. Ioh. M. 150. ἀντόπιον αὐτῶν δερομένων. Φ. 23, O. 99. — I. 528. ἀνήμιονα βότρυν ἐδείρης δέρεται. XXIX. 373. ἐδέρετο Λήμιον. ib.

341. δέοκει σὴν Κυζέριαν. M. Ev. Ioh. A. 196. ἔδρακόν (ego) σε ..... παρενδίαοντα κορύμβοις. III. 110. οὐ γόον εἶδες Ἀδώνιδος, οὐ χζόνα Βύβλου ἔδρακες (uti apud Homerum δέοκεισθαι et ἐσιδεῖν inter se commutantur). V. 402. ὀφθαλμοὺς βροτέοις οὐκ ἔδρακεν, οὐκ ἴδε μορφῆς ἀνδρομέης Ἰνδαλμα. eod. libr. 390. ἔδρακε μορφὴν ἐλάφου καὶ οὐκ ἴδεν ἀνδρὸς ὀπωπῆν. XLVII. 169. κορύνας οὐκ ἔδρακε. XLI. 360. μόγις ἔδρακε χῶρον. XLVIII. 594. ἀλλ' ὅτε Βακχεῖην ἀπατήλιον ἔδρακε πηγίην. XV. 391. ἔδρακε δ' Ἀδρήστεια μιαιφόνον, ἔδρακε κούρην, ἔδρακεν Ἀδρήστεια νέκυν cet. Adde M. Ev. Ioh. Z. 12, A. 115, H. 15, Z. 39, T. 7, III. 110, V. 300, XII. 114, XVI. 283, XLVIII. 672, 874, XXX. 140, XXIX. 121. quibus locis omnibus accusativo rei iunctum est. XXV. 23. οὐποτε γὰρ μῶζον ἄλλον ὁμοῖον ἔδρακεν αἰών. M. Ev. Ioh. I. 3. λεχιδες ὦραι ἔδρακύν τινα τυφλόν. ib. 158. μογοστόκος ἤως τυφλόν ἔοντα τινα ἔδρακεν. XLVIII. 841. οὐδὲ τεόν Διόνυσον, ἀμιαύτων ἀπὸ κόλπην ἔδρακεν Εἰλείδεια. — V. 296. αἰεὶ δὲ μιν ὀμιασιν Σαμβαλέοισιν ἐδέοκετο. M. Ev. Ioh. Σ. 79. ὀμιασι λοξῶ δροκομένη. XXIX. 121. Ἦρη δροκομένη ζηλήμου Βάκχον ὀπωπῆ. M. Ev. Ioh. I. 170. ἔδρακες αὐτὸν ὀπωπῆ. K. 95. ἀλλά που ὑμεῖς ἐν βλεφάροις δέοκεισθε καὶ οὐ πείθεσθε μινοναῖς. ibid. 135. τάπερ (ἔργα sc.) ἔδρακε μάργυς ὀπωπῆ. — Θ. 160. Ἀβραάμ ἔδρακε πότιμον ὁ τηλίκος (i. e. ἀπέθανεν). XLVIII. 284. τοῖον ἔπος μιαντῶν ἔδρακεν Αὔρη. i. e. per quietem sibi visa est percipere. Aeschyl. Sept. 101. κτύπον δέορα et Prometh. vinct. 22. φωνὴν ὄψει: vide interpret. ad hos locos.

Haec de verbo simplici: nunc pauca de compositis: quorum unum, ἐσδέοκομαι, homericum est, multisque locis apud Nonnum reperitur: nec tamen praeter aoristum aliud tempus extat. M. Ev. Ioh. T. 176. Ἰησοῦν ὅτε νεκρὸν ἐσδέορακον. IV. 126. ἀνδρὸς ἐσδέορακον. Θ. 186. Ἀβραάμ πουλύετηρον ἐσδέορακες. XL. 519. χῶρον ἐκεῖνον ἐσδέορακεν. XXXV. 204. ἔρημον χῶρον ἐσδέορακεν. XXIX. 146. ὠτειλῆς τύπον ἄλλον ἐσδέορακον. XVIII. 196. τοῖον ὄναρ Διόνυσος ἐσδέορακεν. Alterum est ἐπιδέοκομαι. Apud Homerum (Odys. XI. 16) pro ἐπιδέοκεται obtinetur Aristarchea scriptura καταδέοκεται. at Hesiod. ἔργ. et ἡμέρ. 266. Διὸς ὀφθαλμοὺς καὶ νυ τὰδ' ..... ἐπιδέοκεται. Theog. 760. ἥελιος φαέων ἐπιδέοκεται ἀκτίνεσσιν. Multis locis idem vocabulum legitur apud Quintum Smyrn. (vid. Koechly prolegom. p. LXVI.): quatuor locis apud Manethonem (vid. Ind.): apud Nonnum reperitur XXXIII. 287. ἐπεδέοκετο νυμφίον Εὐρώπης. Tertium denique περιδέοκεισθαι. XXII. 58. ὄσον περιδέοκεται ἀνήρ. Conf. Agath. Epigr. VII. 5. τὴν κούρην δ' αἰεὶ περιδέοκεται. Epigr. ἀδέσπ. CCXLVIII. Παφίης ζάθεον περιδέοκειο κάλλος.

Iam vero rationibus aerarii scholastici consulendum. Itaque huius descriptionis finem faciam, si pauca enotavero, quae addi aut corrigi velim. Et in priori quidem meletem. particula p. 3 lin. 6 adde XIV. 220, XX. 408. p. 4 lin. 6. post voc. accusativo deest personae; quod me monuit, qua est humanitate, Vir Summus, Boeckhii. p. 7 l. 22 adde: Vid. omnino Koechly ad Quint. XII. 456 p. 9 lin. 11 post verba Tryph. v. 19 adde: et Koechly ad Q. Smyrn. II. 430. In hac autem part. p. 2 lin. 12. pro ἀκαξ λεγ. lege ἀκαξ ἰεργμ. p. 4 lin. 30. post vocem βλεφάρων adde inquit. p. 1 lin. 15 pro Aetnaeus leg. Aetnaeus p. 2 lin. 1 pro φλόξ leg. φλόξ. Ceteros eiusmodi operarum errores indicare et corrigere nunc quidem supersedeo, sperans, veniam eorum mihi non futuram.